superantius est cognoscit ex eo qd post eã aduenit ex reqe, aut succedit ex debilitatis augmẽto. Et vrinaꝝ qdẽ spissaꝝ i febribus sanior existit illa de qua multũ subito euat. Illa vero que paulatim euacuat multoꝝ humoꝝ est signatiua, ꝛ debilitatis virtutis: ꝛ post illã qdẽ que vtilitatez affert seqtur mediocris vrina simul cũ reqe. Quũ aũt tenuis vrina in acutis egritudinib⁹ ad spissitudinẽ ꝯuertit post qz non aduenit reqes. signat liquefactionẽ. Quuncq3 in sano vrina pseuerauerit spissa, ꝛ in parte capitis dolorẽ senserit, ꝛ ꝯquassationẽ, iudicabit ei febrez. Est tñ quũ hoc est ex supflua expulsione, aut aptione, aut aut vlcerib⁹ in partib⁹ viaꝝ vrine. Non aũt subtilitas, ꝛ spissitudo vtreq3 maturationis signt puationem, nisi qr maturationez, sbe cõitat mediocritas. Spisse ergo maturatio est vt digerẽdo ad tenuitatẽ mutet. Et tenuis maturatio est, vt coquẽdo mutet ad spissitudinẽ. Amplius vrina spissa, quẽadmodũ prius diximus qñq3 est clara trãslucens, qñq3 est turbida: verũtñ inter spissam trãslucẽtem, ꝛ tenuẽ existit dĩa: qm spissa trãslucẽs cũ inundat motu, nõ fiunt ptes ipsius inũdate multum parue, imo magne in ea accidũt, vñ ꝛ eius motus sunt tardi: ꝛ cũ spumat, fit spuma multaꝝ ampullaꝝ, ꝛ ipsi⁹ ampulle nõ cito rumpunt. Et que qdem h⁹ existit, ex flate gñat bene digesto, aut chol'a vitellina, si est in ea tinctura ad citrinitatẽ trahens. Et si tinctura nõ est in ea, signt flatis vitrei resol'onẽ: ꝛ hoc qdẽ in epilepticoꝝ vrinis multũ existit. In tenui aũt in q̃ multa existit tinctura, scitur tincturã nõ esse ppter digõnem.[a] ⌈Aliogn digõ in pmis nõ magis opat sbam q3 coloris pmistionez: ppria nãq3 digõnis opatio⌋ est sbam efficere, deide ipsam tingere. Et digõ qdẽ in sba melior est q3 in colore. Et ppter hoc quũ vrina tenuis citrina. s. in acuta egritudie pseuerat signt malũ, ꝛ q virtus digestiua est sopita. Quũ autez vrinã videris tenuẽ in cuius ptib⁹, rubedinis ꝛ citrinitatis fuerit diuersitas, laborẽ cognosces inflãmãtem. Et si tenuis fuerit, fuerintq3 in ea res q̃ sunt sicut furfures, egritudine in vesica non exñte, signũ erit hoc esse ppt flatis adustionẽ. Spissa aũt vrina in febrib⁹ acutis ad sũmum multos signt humores, ꝛ fortasse signt liquefactionẽ. Et ipsa qdẽ est que cũ vna pmanet hora, ꝯgelat ꝛ inspissat. Ad vltimum vero turbulẽtia vrine est ppter terreitatẽ cũ vẽtositate, que aquositati admiscet, ex istis nãq3 quũ admiscent puenit turbulẽtia, ꝛ ex ipsoꝝ ab inuicẽ separatione puenit claritas. Amplius tres debes attẽdẽ dispõnes. Est nãq3 quũ tenuis mingit, ꝛ deinde inspissat, que signt q natura laborat in maturãdo, sed nõdum mã ei vndiq3 obediuit, ꝛ est[b] ⌈patiens.⌋ ꝛ fortasse est quum mẽbroꝝ signt liquefactionez. Aut mingit spissa, ꝛ postea clarificat, ꝛ separat ab ea grossuz subtus stans, ꝛ signt q nã iam supauit mãm ꝛ ipsam maturauit. Et q3to maior fuerit claritas, ꝛ maior descẽsus inferius, ꝛ citius, magis signbit maturationẽ. Aut est dispositio media iter pmam ꝛ alterã, ex q̃ quũ pdurauerit, ꝛ nã fuit fortis ꝛ vt⁹ fixa sciet q nõ ad maturationẽ pueniet integrã. Si vo virtus fixa non fuerit. timẽdum erit ne pditio pueniat maturationẽ. Quũ aũt pdurauerit, ꝛ timorosa signtio nõ affuerit, significabit capitis dolorẽ: qm signbit ebullitionẽ, ꝛ vẽtositates vaporosas. Illa vo que ex tenuitate ad turbulẽtiam peruenit, ꝛ sic pcedit, melior est ea que in turbulẽtia pmanet sm plurimas horas. Urina quoq3 multotiens fit spissa, ꝛ est hoc ppter casum vtutis, ꝛ non ppter nature expulsionẽ. Sed vrina que aquosa mingit, ꝛ aquosa remanet, signũ est puationis maturationis penit⁹.

Et vrina spissa laudabilior est, que ad exeũduz est facilis: ꝛ multe separationis simul. Ex h⁹ nãq3 sanatur paralysis, ꝛ qd est ei sile. Quũ vrina grossa mingit, ꝛ deinde pcedẽdo sm ordinem attenuat, si multa est, ꝯueniens existit.[c] ⌈Et quũ ipsa post spissam ꝛ turbidam, aut spissam ꝛ paucã seqtur, est signum bonũ. Et hoc qdem est, quuz spissa que turbulẽta est aperit, que mingit⌋ paulatim, ꝛ subito inde multa facile mingit vrina: cũ hac eniz multotiens resoluit egritudo, siue ipsa sit vna febriũ acutaꝝ, siue sit vna aliaꝝ egritudinũ ex repletione pueniẽtium, siue sit repl'o ex qua nõdum manifesta accidit egritudo. Et iste qdem vrine modus est[d] ⌈extraneus.⌋ Qñ cũ vrina nãlis coloris supflua est spissitudo, plerũq3 signt bonitatem expulsionis multaꝝ materieꝝ, cui exeundi associat facilitas: ꝛ plerũq3 signt pditionem: ppterea q humoꝝ signt multitudinem ꝛ vtutis debilitatẽ: ꝛ hoc qdem demrat egrediendi difficultas, ꝛ paucitas eius qd egreditur. Urina qdem spissa bona est, que est crisis egritudinis splenis, ꝛ febrium pmistaꝝ in qua nõ expectat equalitas: qm natura in expellẽdo[e] ⌈impeditur.⌋

Urina ad vltimũ turbulẽta signt humoꝝ multitudinem, ꝛ nãm ab eis occupatam in maturãdo eos.

Urina spissa in qua sedimen existit[f] ⌈arenosum⌋ signt lapidem. Urina spissa que apatum signt aptionem, cognoscit ex eo qd ei admiscet, ꝛ ex eo qd p̃cessit. Ex eo eniz qd admiscet sicut pure, qd malus odor demrat: ꝛ exeũtibus, que cum ea separãtur: sicut petala alba, ꝛ rubea, aut sicut furfur, aut alia ab istis, ex eis, per que cognoscit ꝛ ex eo qdẽ q precessit, qm ibi prius fuit signtio apatis, aut vlceris in vesica, aut rene, aut epate, aut in partibus pectoris ꝛ signt hoc apatis aptionẽ, ꝛ si ante ipsam vrina fuit similis loture carnis recentis, q est ex gibbositate epatis. Et si egestio[g] ⌈talis fuit apatis, q est⌋ i ei⁹ ꝯcauitate: ꝛ si anhelitus coangustatio precessit, ꝛ tussis sicca, ꝛ dolor in mẽbris pectoris pũgitiuus, tũc qd apa aptum est, est lateris, ꝛ exiuit a parte arterie maioris: ꝛ si i pure illo est maturatio, ꝯueniẽs est. Et est quum sanus[h] ⌈eũatus⌋ qui exercitiũ relinquit migit vrinam, sicut pus ꝛ virus tenue, quo ipsius purgat corpus, ꝛ eius aufert lassitas, quã exercitij dimissione ꝯsecutus est. Et est etiã quuz in epate, aut in eo qd est coram ipso, fiũt oppil'ones, ꝛ plerũq3 ꝯtingit vt eaꝝ aptione sit vrina spissa, ppterea q earũ egredit materia. Et hec talis spissitudo nõ est pus. Sed in ipsa que est post apatis apertionem est pus. Et quũ hec vrina fuerit cũ spissitudine, ꝛ ad nigredinẽ traxerit, ꝛ cũ ea fuerit in latere sinistro dolor, erit tunc ex parte splenis. Et sm hãc ꝯsiderationem si supra[i] ⌈femur⌋ fuerit, aut in sumitate vẽtris, erit tũc ex parte stomachi. Hoc tñ sepius est ex parte epatis, ꝛ cãnaliuz vrine. Urina turbulẽta multotiẽs signt casum vtutis. Quũq3 virtus ceciderit, frigiditas supabit, que erit sicut illa que exterius ifrigidat. Urina turbulẽta que malo vino similat, aut aque ciceris, est vrina pgnãtium, aut hñtiũ apata calida lõgi tpis in iterioribus. Urina que vrinis asinoꝝ, aut aialiuz assimilat, ꝛ est q̃si[k] ⌈mulachach ppterea q est multum turbida⌋ corruptionez humoꝝ corpis signt: qd tñ magis signt, est phlegma crudũ, in qua aliqua calitas opata fuit, ꝛ ipm cum grossa vẽtositate ebullire fecit: ꝛ ppter h plerũq3 significat capitis dolorem[l] ⌈vẽturum, aut alabachal, ꝛ⌋ quum pseuerat significat leth argiã.

Urina que colori alicuius mẽbri similat, quuz p

[a] A. s3 ex pmixtione chol'e cuz ea. Et si nõ, tunc digõ in pmis fecisset sbam i ea, qm prima digõnis operatio.

[b] A. recipiẽs impressionem.

[c] A. Et qñz grossa turbida plurima sequens ad grossam paucaz est signtio bona, ꝛ h qdẽ quuz erũpit, seu apit grossa turbida, que mingebatur.

[d] A. raro eueniẽs

[e] A. opatur, seu conatur.

[f] A. oleagineũ.

[g] A. silr fuit tũc apa erit.

[h] A. ociose viuens.

[i] A. vmbilicum.

[k] A. metelach lach pp vehemẽtiã cõmotionis ꝛ ebullitionis.

[l] A. exñtem, aut almethal, ꝛ qñz.

durat, egritudinē in illo mēbro significat. Et qdam dixerūt, ꝙ quū in iferiori pte vrine fuerit aliqd qδ [a] ⌈pulueri⌋ sit sile aut fumo, plōgabit egritudo, ꝛ si in tota pdurat egritudine, pnosticat mortē, aut phlegma crudū qδ a pure discernit fetore. Urina hn̄s ptes diuersas sigt, ꝙ q̃to plus partes in ipsa fuerint maiores tāto plus nature opatio est studiosior, ꝛ natura plus potēs, ꝛ pori plus aperti. Urina in qua vident quasi fila ad inuicē mista significat ꝙ fuit micta postq̃ coitus fuit completus.

a A. nebule.

De significationibus odoris vrine. Cap. IIII.

Dixerunt qdā se nunq̃ vidisse egrū, cui⁹ vrine odor sit sicut odor vrine sani. Et nos qdē dicemus ꝙ quū vrina nullomō odorem hz, cplōnis friditatem sigt, ꝛ supfluaꝝ cruditatē. Et plerūq; etiā sigt in acutis egritudinibus mortē nature. Quū aūt odorē habuerit fetidū ꝛ maturationis sigtiones in ea fuerint, erit ipsius cā scabies, aut vlcera in istr̄is vrine que suis cognoscunt signis. Qδ si maturatio nō affuerit, pole erit vt sit ex hoc, ꝛ pole ē vt sit ex putrefactiōe. Quūq; hec in febrib⁹ fuerit acutis, ꝛ non fuerit cā mēbroꝝ vrine, erit signū malū. Et quū ad acredinē traxerit significabit putrefactionē, que est in humorib⁹ frigidā hn̄tibus sbam, quos calor supauit extneus: sed si egritudo fuerit acuta, erit signū mortis, ꝛ sigbit mortē caloris nālis, ꝛ dn̄ium friditatis in nā cū calore extneo. Odor vo qui ad dulcedinē trahit sanguinis sigt dn̄ium. Et que multū est fetida, est cholerica. Et fetida ad acredinem trahens, est melica.

Quūq; vrina fetidi odoris in sanis pseuerauerit, sigbit febres que ex putrefactione accn̄t, aut [b] ⌈minorationē⌋ putrefactionis, que in ipsis est retenta. Et hoc qdem demr̄abit si ilico alleuiationē habuerint. In acutis egritudinib⁹ quū fetor vrinā cōitabitur, ꝛ postea ab ea remouebit, fueritq; ablatio hec subito, ꝛ post ipsā non subsecuta fuerit reqes, significatio erit casus virtutis.

b A. expulsionē.

De sigtionib⁹ vrine ex spuma assūptis. Cap. V.

Spuma accidit ex humiditate ꝛ vētositate piecta in vrinale cū piectione vrine. Uētositas vo cū vrina egrediēs auxiliū pculdubio prebet in sba vrine, ꝛ pcipue quū vētositas in [c] ⌈corpe⌋ supauerit queādmodum in vrina accidit [d] ⌈oppilōnes⌋ hn̄tiū, in qua multe sunt ampulle. Et spuma qdē qn̄q; cū suo sigt colore, sicut sigt sua nigredine, ꝛ ruffedine in icteritia. Et est cū paruitate sui, ꝛ magnitudine sigt, qm̄ ipsi⁹ magnitudo sigt viscositatē. Sui vo multitudine ꝛ paucitate, qm̄ ipsi⁹ multitudo sigt viscositatē, ꝛ multā vētositatē. Et ipsa qdē sigt per rupturā suaꝝ ampullaꝝ cito factā aut tarde, qm̄ ruptura ampullaꝝ tarda sigt viscositatē. Et pue qdē ampulle remanētes in egritudinib⁹ renū [e] ⌈signt vētositates ꝛ viscositatē.⌋ Ad sūmū vo humor viscosus in egritudinibus renū est malus, ꝛ sigt humores malos ꝛ friditatem. Et illud signt [f] ⌈granulla que⌋ noīauimus.

c A. aqua seu in vrina.

d A. tetanicum.

e A. signt lōgitudinē egritudinis pp sigtionē eaꝝ sup vētositatē ꝛ viscositatē.

f A. ampulle puę quas.

De sigtionibus specieꝝ hypostasis. Cap. VI.

In primis dicemus, ꝙ medicoꝝ cueniencia in vsu nois hypostasis, et sediminis iā recessit a via cognita. Dicunt eni hypostasim aut sedimē: non illud tātū qδ iferius descēdit, sed omnē sbam que spissioris existit eētie q̃ aquositas: ꝛ est ab ea diuisa, siue sit suspēsa, siue sit supra. Dicemus igitur ꝙ hypostasis multis cognoscit modis, s. ex sba sui, ꝛ quātitate, ꝛ qualitate, ꝛ situ suaꝝ partiū, ꝛ loco sui, ꝛ tpe, ꝛ qualitate sue pmistionis. Significatio vo ei⁹ ex sba sui, est qm̄ hypostasis, aut erit nālis, laudabilis, demr̄ans digōnē, ꝛ maturationē nālem, ꝛ hec erit alba, ꝛ descēdens inferius, ꝛ eius ptes ctinue, ꝛ siles, ꝛ equales, ꝛ oportebit vt sit rotūdam hn̄s figurā [g] †⌈ ⌋equalis, subtilis, silis hypostasi aque rosacee. Et proportio sue sigtionis sup maturationē māe i toto corpe, est sicut pportio sigtionis māe puris, albi, leuis, silis eētie, sup maturationē apatis. Sed pus est spissū, ꝛ hoc est sbtile. Et hypostasis qdē ꝛ sediminis sigtiones sūt bone: lz tīctura deficiat ꝛ eq̄litas. Ueꝝ eq̄litas apud antiquos [h] ⌈melior est tinctura.⌋ Eq̄lis nanq; que nō tm̄ est alba, sed rubea, est melior alba que est aspera. Amplius plime hypostases fm colorē vrine existunt, sz ex eis que diuersificant, alba est melior: post illā rubea: ꝛ post ipsam citrina, ꝛ post eā illa que est vt arsenicū: ꝛ malitia qdē a lentinosa icipit. Tu aūt non attēdas illud qδ alij dicunt: nā albedo erit qn̄q; nō ppter maturationē, ꝛ eq̄litas nō est nisi ppter maturationē: Et de albedine est, que est ppter vehementē vētositatis cōmistionē. Male aūt hypostasis incōtinuitas melior est q̃ ipsius ctinuitas. Et hypostasis qdē mala est, quā euicino scies. Bona aūt hypostasis de qua loqmur puri assilat ꝛ flati crudo, quum tenuia fuerit. Uerūtn̄ pus ab ea differt per fetorē. Et phlegma crudū separat ab ea cculcatione suaꝝ ptium. Et ipsa ab vtrisq; dīt sbtilitate ꝛ [i] ⌈lenitate.⌋ Et hec qdē hypostasis nō querit, nisi in egritudinib⁹, qm̄ in sanitate nō reqrit: ꝛ illud est, qm̄ nō dubitat qn in corpe egri male retēte sint māe in venis ipsius, que nisi maturent portēdunt corruptionē. In venis aūt sani non semp opz esse humorē qui sit excutiēdus, sz si est, meli⁹ est ꝙ hoc significēt ex eis supfluitates, que i eis supfluūt ex cibo a digōne priuate: deinde supfluit supfluitas que in vrina fit hypostasis, siue matura, siue nō matura. Et in macilētis qdē est sedimen paucū, qδ descēdit fm sanitatis dispōnem: ꝛ pprie qui exercitio vtunt, ꝛ artibus se exercēt laboriosis, ꝛ nō multiplicat hꝰ hypostasis, nisi in corpib⁹ pinguiū, ociose viuētium. Et ppter hoc etiā in vrinis egroꝝ macroꝝ non est expectāda hypostasis tātū, q̃tum in vrinis egroꝝ pinguiū, qm̄ eoꝝ egritudo multotiēs recedit ita, ꝙ nihil descēdit: ꝛ multotiēs hypostasis in eoꝝ vrinis nō puenit ad hoc vt descendat, sed tn̄ plerūq; est modicū eius in eis natās, aut pēdens: ꝛ in multis qdē [k] ⌈vrinis hypostasis ilico quū mingit descēdit, nisi in eis que valde mature sunt⌋ imo in eis paꝝ expectādū est. [l] ⌈Et plures ex hypostasis colorib⁹ sunt fm plm fm colorē vrine, sz melior ex eis que diuersificant est alba, post quā est rubea, deinde citrina.⌋ Non nālis vo hypostasis alia est silis rasure itestinorum corticalis, que est furfurea, aut [m] ⌈herbina, aut similaginea,⌋ aut silis arsenico rubeo, aut ei qδ est valde citrinū: alia est carnosa: alia est adipina: ꝛ alia est saniosa: ꝛ alia est mucillaginosa: ꝛ alia est que est silis frustulis fermēti in aq̄ [n] ⌈soluti⌋ ꝛ alia est sanguinea sāguisugalis: alia est capillaris: ꝛ alia est arenalis [o] ⌈granosa:⌋ ꝛ alia est cineritia. Silis vo rasure itestinoꝝ corticalis, alia est petaloides magnaꝝ partiū rubeaꝝ, aut albaꝝ, que significat fm plm ꝙ sepate fuerunt ex mēbris, que sunt ppinqua mēbris a qbus diuidunt vrine: ꝛ albe signt ꝙ sunt ex vesica ppter vlcera que sunt in ea, aut scabiem, aut corrosionē. Rubee aūt carnose signt ꝙ sunt ex rene. Et ex petaloidib⁹ qdem

g † A. lenis.

h A. magis est sigtiua digōnis.

i A. leuitate.

k A. vrinis, ꝛ nō q̄lib; vrina ilico quū mingit residet, neq; est vris valde digesta.

l †. —— A.

m A. horobina, aut desilli.

n A. infusi.

o A. lapidosa.

sunt, que sunt coloris fusci ⁊ obscuri, aut squamis piscium siles: ⁊ hec est vehemēter mala, ⁊ oib⁹ speciebus hypostasis, q̃s noiauimus deterior, ⁊ signt petaloꝝ mēbroꝝ radicaliū rasurā: veꝝ duo pma ipsi⁹ gña nullomō impediūt, imo plerūq3 vesicā mūdando sanāt: ⁊ dixerunt qdam cuidā homini se in potu tribuisse cantarides qui cortices albos q̃si [a] ⌈venosos⌋ minxit qui quū in aquositate fricabant resoluebant, ⁊ tingebant tinctura rubea, qui factus est sanus, ⁊ vixit. Et ex ea qdē que est sicut rasura intestinoꝝ, est quedā que est minoris latitudinis q̃3 due pdicte, ⁊ spissioris sbe, que si rubea fuerit vocatur herbina, ⁊ si rubea nō fuerit vocatur furfurea. Et herbine qdē si fuerit rubee partes, plerūq3 sūt partes epatis aduste, ⁊ plerunq3 est sanguis in eo adustus, ⁊ plerūq3 est ēt ex rene, Sed que est ex rene est maioris ꝯtinuitat3, carnosa: alie vo due plus silant ei que non est carnosa, ⁊ fracturas est magis recipiens: ⁊ quū vehemēter trahit ad citrinitatē est ex rene pculdubio, qm̄ illa que est ex epate ad rubedinem trahit fuscā, ⁊ q̃nq3 [b] ⌈associat⌋ ei in hoc illa que est ex rene. Furfurea vo hypostasis q̃nq3 est ex scabie vesice: ⁊ q̃nq3 est ex liquefactione mēbroꝝ. Et dria inter eas est, q quū illic in radice [c] ⌈mēbri⌋ fuerit pruritus ⁊ fetor, erit ex vesica: ⁊ pprie quum pus prius mictū fuerit: ⁊ pcipue quū alie sigtiones vrine demŕauerit maturationē: ⁊ fuerit vene supiores sane ꝯplonis, ⁊ nō fuerit in eis macula, imo in vesica. Sed si cū inflāmatione fuerit, ⁊ vtutis debilitate, ⁊ mēbroꝝ mingēdi icolumitate, ⁊ color fuscitati attinuerit, erit tunc ex liquefactione humoris, [d] ⌈Et crinoides vo⌋ fm plm est ex adustione sanguinis, que ad rubedinē trahit: Et multotiēs est ex liquefactione mēbroꝝ, ⁊ eoꝝ rasura: si albedini attinet. Et q̃nq3 etiā est ex vesica scabiosa fm minus. Et tibi qdē pole est vt modu3 drie iter eas itelligas per illud, qd iam sciuisti. Si aūt nigredini attinet est ex sāguinis adustione, ⁊ pp̄e in splene. Oēs preterea petaloides hypostases, que non sunt ex cā, que sit in vesica, ⁊ rene, ⁊ cānalib⁹ vrine, in egritudinibus acutis, malū portēdunt pnitiosum. Et tu qde3 iam sciuisti ex hac sūma carnose dispōnē: ⁊ q plm eius est ex rene: ⁊ q̃nq3 ipsa nō est ex rene. Nā ex rene nō est nisi quū caro est sane carnositatis, ⁊ nō est in corpe liquefactio. Et vrina qdē [e] ⌈matura⌋ venarum sigt sanitatē, qm̄ renū egritudines [f] ⌈maturationē⌋ nō phibent vrine, q2 ipsa supra ipsos existit.

Hypostasis vo adipina adipis, ⁊ pinguedinis, ⁊ etiā carnis sigt liquefactionem, ⁊ eaꝝ peior est que auri aque silat. Duo aūt ipsius pncipia cognoscūt ex paucitate, ⁊ multitudine: ⁊ cōmistione, ⁊ sepatione: qm̄ quū est multa ⁊ sepata, existimatur q sit ex parte renis, ⁊ ppter liquefactionem sue adipis: ⁊ si est minus, ⁊ maioris cōmistionis est ex loco magis remoto. Et est quū in vrina frustū albū granati grano sile visum fuerit, ⁊ erit ex adipe renis. Saniosa vo vlcus sigt, qd aptum fuit: ⁊ pp̄e in mēbro mingēdi: ⁊ pcipue si ibi fuerit sedimen laudatū ad fundum descēdens. Et mucillaginosa qdē sigt humorem [g] ⌈spissum⌋ crudu3: aut q est in corpe multus, aut ex instrīs vrine egrediens: aut crisim aptionis vene sciatice, aut doloris iuncturaꝝ. Et hoc qdem cognoscit ex alleuiatione, que post ipsa3 sequitur. Plerūq3 enim subtiliat ⁊ attenuat, ⁊ putat hypostasis laudabilis: Quapropter in acutis egritudinibus nō est ꝯfidēdum in eo qd appet fm silitudinē laudabilis hypostasis quū nōdum fuerit maturationis hora, nec pñtes fuerint eius sigtiones. Et ēt est quu3 vehemētem ꝯplonis renis friditatē signt.

Inter saniosam vo ⁊ crudā existit dria, qm̄ saniosa existit cū fetore, ⁊ pcedunt ipsam sigtiones apatis: ⁊ eius partes faciles sunt ad ꝯiungēdum, ⁊ separādu3, ⁊ quedā ex ea est, que cū aquositate vehemēter miscet, ⁊ quedam ex ea que sepat: sed cruda est ⁊ turbida ⁊ spissa, ⁊ non facile ꝯiungit, nec facile separat. Et vrina qdem in qua plima mucillaginosa hypostasis appet, qñ est exuberans, quū in fine podagre appet ⁊ doloꝝ articoꝝ, sigt bonū. Capillaris aūt est, ppterea q humor [h] ⌈occultus ꝯsolidat⌋ ex calore in ipsum agēte, que q̃nq3 est alba, q̃nq3 est rubea, ⁊ eius [i] ⌈ꝯsolidatio⌋ est in rene. Et ferunt qdā q in eius lōgitudine plerūq3 palmi mēsura inuenit. Que aūt fermēti infusi frustulis silis existit: debilitatē sigt stōi, ⁊ intestinoꝝ: ⁊ digerendi malitiā in ipsis: ⁊ est plerūq3 cā eius comedere lac ⁊ caseū. Arenosa vo semp sigt lapidē [k] ⌈qui ꝯsolidat. aut ꝯsolidando pcedit⌋ aut qui resoluit. Et que qdē ex eis rubea est, est ex rene. Et qñ nō est rubea, est ex vesica. Plm aūt q̃ cineritia est, phlegma sigt: aut pus cui ppter lōgam morā accidit coloris mutatio, ⁊ sectio partiū: ⁊ est q̃nq3 ppter adustionē que ei accidit. Sāguisugalis vo hypostasis si vehemēter est mista, epatis debilitatē sigt: ⁊ si minus hac, sigt vulnus in cānalib⁹ vrine, ⁊ ꝯtinuitatis solutionem in ipsis. Et si fuerit sepata plm eius erit in vesica, ⁊ in vga. Et nos qde3 pscrutabimur hoc in pticularibus egritudinib⁹ in cap° de mictu sanguinis. Et si in vrina fuerint sicut sanguisuge rubee, infirmo splenē hñte, resoluet splen ipsius. Scito autē q in egritudinib⁹ vesice nō multus egredit sāguis qm̄ eius vene miste sunt in ipsi⁹ corpe calcate, ⁊ anguste ⁊ pauce: Hypostasis vo sigtio ex quantitate ipsius sumpta, multitudine qdē sui, ⁊ paucitate declarat cause ipsam efficiētis multitudine3, aut eius paucitate3: ⁊ ex q̃3titate qdem sui in magnitudine, aut paruitate sui est, quēadmodū diximus [l] ⌈in hypostasi mucillaginosa.⌋ Eius aūt sigtio ex qualitate sui, est ex colore qdem ipsius, qm̄ que ex ea nigra est, sigt malu3 fm diuisiones quas noiauim⁹. Que tñ ex ea sanior est, est illa cui⁹ hypostasis est nigra, ⁊ aquositas nō est nigra. Et rubea qdē [m] ⌈sanguinis sigt pprietatē ⁊ fastidiu3.⌋ Et citrina qdē sigt calorē fortem, ⁊ egritudinē insidiosam. Et ex ea qdem que alba est, queda3 est bona sicut diximus, ⁊ q̃da3 est mala sicut mucillaginosa, aut saniosa, aut spumosa maturationi ꝯria. Uiridis quoq3 semita est ad nigrā. Ex odore vo eius est, quēadmodū diximus in his que pmissa sunt. Ex ipsius vo situ, ⁊ ex lenitate qdem sui, ⁊ diuulsione, qm̄ lenitas ⁊ eq̃litas in hypostasi laudata est melior, ⁊ in nō laudata est deterior. Sed diuulsio sigt ventositates, ⁊ digerēdi debilitatē. Eius aute3 sigtio ex loco sui est, qm̄ aut est natans, ⁊ vocat nubes, aut pendens: ⁊ hec qdem est in medio stans, que est maioris maturationis, q̃3 pma. Et ex pēdente illa est melior, cui⁹ ruge ⁊ fimbrie ad inferiora declināt: aut ad fundu3 descēdens que est melioris maturationis: hoc qdē est de hypostasi laudata. Non laudata vo que leuior est, melior existit: sicut nigra, ⁊ hoc in febribus acutis. Et silr si humor est flatic⁹, aut melicus, qm̄ ea que est vt nubes melior est ea, que iferius descēdit: sigt enim eius subtilitatē, nisi cū causa natationis fuerit multa vētositas: ⁊ si nō fuerit ita natans, est melior q̃3 pēdens: ⁊ inferius descēdens est deterior. Et causa qdem natādi supius est calitas [n] ⌈cū qua est acuitas ⁊⌋ ventositas. Hypostasis autem

a A. garichi.

b A. cōmunicat.

c A. virge.

d A. Silis vo frustul sauich parnis. Et silis frustul magnis frumenti fracti.

e A. digesta.

f A. digōnem.

g A. grossum.

h A. in lōgū ptēsus coagulatur.

i A. coagulatio.

k A. coagulatū, aut qui est i coagulari.

l A. Alia lfa. in hypostasi corticali, seu sili rasure intestinoru3.

m A. sigt sanguineitatem ⁊ alrochme.

n A. faciēs ascēdere, aut.

diuulsa in grossa, supius natat: ⁊ pprie quum sit le/nis, ⁊ in tenui descēdit inferius, ⁊ pprie quū sit gra/uis. Quūqȝ in pncipio egritudinis appet pēdens, ⁊ natans postea pseuerat, sigt ꝙ crisis cum exitura veniet. Macilētoꝝ ꝟo egritudo plerūqȝ remouet sedie bono natāte, aut pēdente queādmoduȝ dixi/mus in pcedētibus.[a] ⌈Et quuȝ iter nephili, ⁊ eneo/rima, ⁊ hypotasin fuerit aliqd sile tele aranee, aut densitas⌋ erit signū malū. Et multotiēs qdē natans sedimē non bonū appet, ex quo puenit terror: Sed istud erit pncipiū maturationis, ⁊ pmutatio ad bo/nitatem, postea pēdebit, deinde descēdet, ⁊ erit si/gnum nō malū. Qd si post ipm male puenerint hy/postases, timor quē in pmis hēbamus fiet necius.

a A. Et natās ⁊ pēdens vnctuo/sa, quū fuerit si/mil' tele aranee, aut densitati vel cpōni alçelabi.

Sigtio ꝟo hypostasis ex suo tpe est: qm si veloci/ter postqȝ mingit descēdit, est sigtio bona[b] ⌈fm ma/turitatē.⌋ Et quū tarde descēdit, est sigtio puatiōis maturationis, fm qȝtitatē sue dispōnis. Sigtio āt forme cōmistionis ipsius est, sicut diximus quū de mictu sanguinis, ⁊ adipis mētionem fecimus.

b A. in matura/tione.

De signationibus multitudinis vrine, ⁊ paucita/tis ipsius. Cap. VII.

VRina que pauce existit quātitatis vtutis sigt debilitatē. Et illa que est min⁹ eo qd bibit resolōnē sigt multā, ⁊[c] ⌈vētrem⌋ hre, ⁊ aptitudineȝ ad hydropisim. Illa ꝟo que est multe qȝtitatis qnqȝ sigt liquefactionē, ⁊ supfluitatū lique/factaꝝ in corpe in vrina euōnē. Et nos qdem diaȝ inter eas cognoscē possumus fm virtutis dispōnē.

c A. solutionem ventris.

Urina mali coloris malū signs qȝto plima fuerit, tāto erit magis salutis nūtia. Et quuȝ itersecta fue/rit, plus malitiā sigbit, sicut nigra ⁊ grossa. Urina diuersaꝝ dispōnū que qnqȝ mingit multa, qnȝ pau/ca, ⁊ qnqȝ retinet, est sigtio pugne ⁊ laboris nāe, ⁊ est sigtio mala. Urine multitudo in acutis egritu/dinibus quū nō post ipsaȝ aduenit reqes, est sigtio ethice, ⁊ spasmi ex inflāmatione, ⁊ silr sudor. Uri/na que in acutis egritudinib⁹ guttatim inolūtarie mingit, sigt in cerebro nocumētum, qd neruis acci/dit ⁊ musculis. Et si febris qeta fuerit, ⁊ signa af/fuerint salutis, pnosticat sanguis exitū ex narib⁹.
[d] ⌈Sed pma⌋ desipiētiam pnosticat ⁊ corruptio/neȝ. Qn āut sani vrina minuit, ⁊ attenuat, ⁊ pseue/rat hoc totū, ⁊ sentit grauitatē ⁊ doloreȝ in[e] ⌈reni/bus⌋ sigt durum apa in partibus renis. Et quū in egritudie cholica mltiplicat, plerūqȝ portēdit pspe/rū euētū: ⁊ ppe quū est alba, ⁊ ad egrediēdū facil'.

d A. Et si non.

e A. in alchatin.

[f] ⌈De vrina sana ⁊ optima est sermo.⌋ Cap. VIII.

f A. De vrina di/gesta vere bona

HEc est mediocris sbe, ⁊ subtilis tin/cture, ad citrinū trahētis: ⁊ hypo/stasis, si ibi fuerit, bona ex albedine, ⁊[g] ⌈lenitate⌋ ⁊ equalitate, ⁊ figure rotū/de, ⁊ odoris tēperati, neqȝ fetida, neqȝ[h] ⌈extincta.⌋ Quidam autem dixerūt, ꝙ qn hȝ vri/na subito in egritudine, que est in vltimo acuitatis visa fuerit, sanitas die sequenti aderit.

g A. leuitate.

h A. pusta odo/re.

De vrinis etatum. Cap. IX.

INfantium vrine ad lactis p/prietatē trahūt ex pte nutrimēti eoꝝ, ⁊ ppter humiditatē cplōnis ipsoruȝ: ⁊ tūc declināt magis ad albedinem. Pueroꝝ āut vrine sunt spissiores, ⁊ grossiores vrinis iuuenuȝ, ⁊ turbidio/res. Et nos iam noiauimus hoc ante. Juuenū ꝟo vrine ad ignis formā trahūt, ⁊ ad sbe mediocrita/tem. Et vrine senum ad albedinē ⁊ subtilitatē. Est tn̄ quum sunt grosse fm supfluitates in eis exn̄tes, quarum euātio multiplicat. Decrepitoꝝ ꝟo vrine maioris sunt albedis ⁊ tenuitatis. Est tn̄ quū pdi/cta grossities eis accidit, sed raro: ⁊ quuȝ vrina ve/hemter fuerit grossa apti erūt vt lapis eis accidat.

De vrinis viroꝝ ⁊ mulierum. Cap. X.

MUlieꝝ vrine semper sunt maioris grossitiei, ⁊ albedis, ⁊ mi/noris pulchritudis, qȝ viroꝝ vrine. Et hoc qdē est ppter debilitateȝ digestiue eaꝝ: ⁊ ppter supfluitatū ipsaꝝ multitu/dinē, ⁊ ppter amplitudinē cānalium vn̄ egrediunt ea que ab eis exeunt: ⁊ ppter illud qd ex eaꝝ resol/uit matricib⁹, ⁊ ad vrine instra tendit. Masculoꝝ ꝟo vrinas quū moues, turbant ⁊ declinat eaꝝ tur/batio ad supiora: ⁊ est ꝙ fm plm turbidant. Sed mulieꝝ vrine fere non turbidant ex motione ppter paucā sepationē sui, ⁊ hn̄t fm plm supra sumitateȝ suā spumā rotūdam: ⁊ si turbide fuerint eaꝝ turbi/datio pauca erit. In vrinis viroꝝ ilico quū mulie/rib⁹ cōmiscent, sunt fila adinuicē texta. Urine pre/gnātiuȝ sunt clare, ⁊ supra eaꝝ supficieȝ est nebula: ⁊ qnqȝ trahūt ad colorē aque cicerum, aut aque pe/dum citrinū, ⁊ in ipso est[i] ⌈irinus⌋ ⁊ supra sumita/tē eaꝝ est nebula, sed quocunqȝ mō fuerit in medio videbit sicut coctum carminatuȝ. Et est quū in eis sunt velut grana que ascēdunt ⁊ descēdūt. Quūqȝ[k] ⌈irinus⌋ manifestior fuerit, erit ipregnationis pn/cipium, ⁊ quū loco ipsius fuerit rubedo erit in fine impregnationis, ⁊ pprie si turbant quuȝ mouent.
Parientiū vrina fm plurimum est nigra: ⁊ in ipsa est velut atrimentum, ⁊ sicut sordities.

i A. çarach.

k A. çarach.

De rebus vrinaꝝ animalium, ⁊ diuersitate ipsaꝝ ab vrinis hominum. Cap. XI.

PLerūqȝ pfert medico quū aia/liuȝ vrinas cognoscit, ppterea ꝙ quū ipse in eis experit, cer/titudinē facit: ⁊ hoc qdem difficile est.
Quidā āut dixerūt ꝙ vrina asini, est si/cut butyrū liqdū cū turbiditate, ⁊ grossitie exterio/re. Et subiugaliū vrine ei silant, sȝ sunt[l] ⌈citrine⌋ ⁊ videbit ꝙ supior medietas vrinalis sit clara, ⁊ i/ferior medietas sit turbida. Ouium ꝟo vrine sunt albe ad citrinitatē trahētes, ppinque vrinis homi/nū, sed sbam nō hn̄t: ⁊ eaꝝ sedimen est sicut oleum, aut sicut amurca. Et cuiuscūqȝ nutrimentuȝ fuerit melius, erit vrina clarior. Urina ꝟo capreoli vri/nis hominum ⁊ ouiuȝ similat, sed neqȝ subam hēt, neqȝ sedimē: ⁊ est clarior vrinis ouium.

l A. clariores.

De rebus alijs que vrinis similant, ⁊ differentia inter eas ⁊ vrinam. Cap. XII.

SIrupum acetosuȝ, ⁊ oēs liquo/res que fiūt ex aqua ⁊ melle, ⁊[m] ⌈aq̄, ⁊ ficub⁹⌋ ⁊ reliquos qui fiūt ex croco, ⁊ eis silib⁹, qȝtoplus tibi appropinqueris erunt in claritate magis augmētati, ⁊ qȝtoplus elōgaueris ea, cside/ra an opȝ vt augmētet grossitudo: Urina ꝟo ab h̄ est diuersa. hydromellis pterea spuma est citrina ⁊[n] ⌈aq̄ ficuū⌋ sedimē a latē descēdit, ⁊ nō i medio, nȝ[o] ⌈ordinate⌋ neqȝ hȝ motū. Sit ḡ sufficiēs in noian/do dispōnes vrinaꝝ. In libris ꝟo particularibus prouenient ad te diuisiones dispositionum vrine.

m A. Alia litera ⁊ aqua palee.

n A. aque palee

o A. cuȝ figura.

De significationibus egestionis. Cap. XIII.

EGestio plerūqȝ declat ex sui qȝ/titate qd est vt csideret, si est minor eo qd comedit, aut maior, aut eq̄lis. Et notū qdē est ꝙ ipsius aug/mētum est ppter humoꝝ multitudinē.

⁊ paucitas ꝓpter ipsoꝝ paucitatē: aut qꝛ ex ipsa in intestino monoculo, ⁊ in colon, ⁊ in fascijs multuꝫ fuit retētum, qđ est signū colicā precedēs [a] ⌈aut ꝓpter⌋ expulsiue debilitatē. Et cognoscit̄ ēt ex essentia sui: qm̄ qđ ex ea humidū est, aut signat oppil'ones, aut digestiue malitiā: ⁊ plerūqꝫ signat mesaraice debilitatē, que humorē nō sugit. Et qn̄qꝫ est ꝓpter capitis reumatismū, aut ꝓpter comestionē rei que egestionē humectauit. Qđ aūt in humido viscosuꝫ est, plerūqꝫ signat liquefactionē, ⁊ hoc est cū fetore: ⁊ plerūqꝫ signat maloꝝ humoꝝ, ⁊ viscosoꝝ multitudinē, ⁊ hoc nō [b] ⌈cū multa existit lenitate.⌋ Et plerūqꝫ signat nutriētia viscosa, que comesta fuerūt, ⁊ nō pauca, cū calore forti in ꝯpl'one: ⁊ nō fuit inter ea digestio bona. Sed qđ ex ea est spumosum fortitudinis caloris signat ebullitionē, aut multaꝝ ventositatū ꝑmistionē. Qđ aūt ex egōne est siccū, aut laborē signat, ⁊ resol'onē, aut multā vrine ꝓuocationē, aut igneū calorē, aut nutrientiū siccitatē, aut multā morā in intestinis, sicut in suo dicemus cap°. Quūqꝫ humiditas sicco, qđ est duꝝ admiscet̄, signat ꝙ eius siccitas est ꝓpterea, ꝙ multū fuit retēta in humiditatibus [c] ⌈ipsam exire ꝓhibētib⁹⌋ ⁊ ꝓpter ꝑuationē fellis pūgētis ⁊ festinātis, sꝫ quū ibi nō est lōga retentio, neqꝫ hūiditatis in itestinis adsūt signationes, cā in ipa est supfluitatis [d] ⌈saniose⌋ ⁊ pūgētis effusio, que ab epe fluxit in eo qđ est coram ipso, ⁊ eūone nō qeuit donec cōmisceret̄. ⁊ est ēt quū colore sui dignoscit̄ egō. Eius vero color nālis igneus est, leuis existens igneitatis, qui si augmētat̄, fellis signat multitudinē, ⁊ si minuit̄, signat cruditatē, ⁊ maturatiōis ꝑuationē. Et si albus fiat, qn̄qꝫ est ei⁹ albedo ꝑꝑ oppil'onē in cānalib⁹ fellis, ⁊ hoc signat icteritiā. Et si cū albedine est virus saniei hn̄s odorē, magni apatis signat aptionē. Sanus q̄ꝫ qui non exercitat̄, multotiens egerit virus, ⁊ saniē, que est ei purgatio, ⁊ eūo laudabilis: qm̄ ꝑꝑ hoc remouet̄ ab eo lassitas, que ei ꝑꝑ ꝑuationē exercitij acciderat: quēadmodū diximus in vrina. Preterea scito ꝙ egō colorē igneū vehemēter supfluū hn̄s multotiēs in hora [e] ⌈finiuꝫ⌋ egritudinum signat maturationē, ⁊ multotiens signat dispōnis malitiā. Et nigra qdē signat taliter ql'r sunt vrine nigre significationes: signt. n. aut adustionē fortē, aut egritudis melice maturationē, aut nutriēs tingēs, aut potionē rei, que meliaꝫ eūat, sꝫ ꝑma est mala. Et illa qdē que est ꝑꝑ purā meliaꝫ nō sufficiēter cognoscit̄ ex colore sui, imo cognoscenda est ex acredine sui, ⁊ pōticitate, ⁊ bullitione terre ex ipsa: Et est mala siue sit egō, siue vomit⁹: ⁊ ex ipsius ꝓꝑetatib⁹ est ꝙ in se luminositatē habet. Ad vltimū vero humor melicus purus ꝑnecās est ſm pl'm, qn̄ egredit̄: scꝫ est mortis signatio. Chimi vero nigri exit⁹ multotiens ꝯfert: ⁊ illud est: qm̄ melie radicalis exit⁹ vltimam corpis adustionē signat, ⁊ humiditatū ipsi⁹ ꝑemptionē. Viridis aūt egō caloris inati signat extinctionē, et sil'r fusca. Egestio q̄ꝫ plerūqꝫ ex sui cognoscit̄ fora, ex absentia iflationis sue, aut ex iflatione: qm̄ inflata, sicut stercus vacce, signat vētositatē. Et est quuꝫ ex hora sui cog̃scit̄, qm̄ cū egōnis exit⁹ festinat, ⁊ hora, qua egredi solebat an̄cedit, signum est malū, qꝛ fellis signat multitudinē, ⁊ vtutis retētiue debilitatē: ⁊ si ei⁹ tardat̄ exitus, digestiue signat debilitatē, ⁊ itestinoꝝ friditateꝫ, ⁊ humiditatis, ⁊ sōni multitudo, vētositates signat inflatiuas. Colores quoqꝫ ex̄nei ⁊ diuersi mali exn̄t, ⁊ nos ipsos in libro noiabim⁹ ꝑticulari. Que vero ex egōne est melior, est iuncta que est silium ꝑtium, ⁊ in qua aq̊sitas siccitati est vehemēter admista, ⁊ cuius spissitudo est sic̄ mellis spissitudo, ⁊ cuius exitus est facilis, ⁊ nō pungit, ⁊ cuius color attinet citrinitati, ⁊ non est multi fetoris: neqꝫ est ꝑuata fetore, ⁊ nō hꝫ gurgulationē, neqꝫ rugitū, ⁊ non hꝫ spumā: cuius exitus est in hora in q̄ solet, ⁊ ſm q̄ꝫtitatē, que ei qđ comedit̄ est ꝓpinqua in q̄ꝫtitate sui. Et scito ꝙ non ois egōnis eq̄litas est laudabilis, neqꝫ ois eius lenitas, qꝛ qn̄qꝫ sunt ꝓpt̄ vehemētē maturationē in oi ꝑte similē, ⁊ qn̄qꝫ sunt ꝓpter adustionē ⁊ liquefactionē sil'es: ⁊ tūc qdē sūt ex deteriorib⁹ signationib⁹. Et scito ꝙ egestio que est tēperate essentie, que est ad tenuitatē, nō est laudabilis, nisi quū nō sunt cū ea rugitus, neqꝫ ventositates, neqꝫ in sui exitu paulatim itersecat̄: ⁊ si nō possibile est vt eius exit⁹ sit ꝓpter virus molestans qđ est ei admistū, ⁊ nō ꝑmittit vt ꝯiungat̄. Est aūt quū pleriqꝫ soliciti fuerunt de signationibus, que in sudore, ⁊ alijs apparēt rebus. verūtn̄ de ipsis loqui ꝓprius est in sermone ꝑticulari. In sermone quoqꝫ particulari simil'r reperies expositionis augmentū in re egestionis, ⁊ vrine, ⁊ reliquorum.

¶ Fen tertia cuius est capl'm vnū ⁊ doctrine qnqꝫ.

¶ De causis sanitatꝭ, ⁊ egritudis, ⁊ necītatis morꝭ. Capitulum singulare dictionis tertie.

Medicina in ꝑma diuisione in duas diuiditur ꝑtes in partē theoricā, ⁊ ꝑteꝫ practicā [f] ⌈que tn̄ oēs sunt scie speculādi.⌋ Qđ aūt noie theorice ꝓꝑe designat̄, est illud qđ demr̄ando snias, tātuꝫ ꝯfert ita, ꝙ in demr̄atione opōnis nullomō auxiliuꝫ ꝑbet, sicut ꝑs in qua res sciunt̄ ꝯpl'onum, ⁊ humoꝝ, ⁊ virtutū, ⁊ spēs egritudinū, ⁊ accn̄tium, ⁊ cāꝝ. Et illud cui nomē ꝓprium practice attribuit̄, est qđ in demr̄ando opōnis ⁊ regiminis q̄litatē, auxiliabit̄, sicut ꝑs que nos iuuat ad demr̄andū, qūo sanitatē corpis qđ in illa, ⁊ ex illa dispōne existit, custodiamus: ⁊ qūo corpus qđ talē hēt egritudinē medicemur. Et neqꝫ existimes, ꝙ ꝑs que dicit̄ practica, sit opō ⁊ actio, sꝫ est ars que docet nos, qūo sit opanduꝫ ⁊ agēdū. Et nos qdē iam decl'auimus tibi hoc in his que sunt ꝑmissa. Et postq̄ꝫ iā expleuim⁹ [g] ⌈dictionē⌋ primā, ⁊ scđam in his, que sunt ꝑtis medicine, que est theorica vl'is: ergo nr̄m studiū nūc reducamus in duab⁹, que remāserūt ad ꝑtē ipsius practicā ſm moduꝫ vl'em. Pars aūt ipsius practica in duas distribuit̄ ꝑtes: quaꝝ vna est scia regēdi corpora sana ql'r in sui remaneāt sanitate, ⁊ hec qdem custodiendi sanitatē scia vocat̄. Et ꝑs eius scđa est scia regēdi corpus egrū, qual'r ad sanitatis redeat dispōnē, ⁊ vocat̄ scia medicādi. Et nos qdem incipiemus, ⁊ scribem⁹ in hac [h] ⌈dictione⌋ sermonē cōpēdiosuꝫ de custodiēda sanitate. Et dicemus, ꝙ ꝓpterea, ꝙ gn̄onis nr̄oꝝ corpoꝝ ꝑncipiū res due fuerūt: quaꝝ vna est spma viri [i] ⌈cuius essentie certius est⌋ ꝙ locū tenet factoris, ⁊ altera est spma mulieris, ⁊ sanguis mēstruus [k] ⌈cuius rei certius est⌋ ꝙ locū tenet māei: ⁊ he due sībe in hoc cōicant, ꝙ vnaqueqꝫ eaꝝ est fluida ⁊ humida: lꝫ post diuersificēt̄: ⁊ aqueitas, ⁊ terreitas in sanguine ⁊ spmate mulieris plus abundant, ⁊ acritas ⁊ igneitas in spmate viri supat, oportuit vt coagulationis hoꝝ duorum ꝑncipium esset coagulatio humida, licꝫ terreitas ⁊ igneitas sint inuēte in eo [l] ⌈qđ ex eis fluit⌋ ⁊ terreitas cum eo qđ in ea existit ex duritie, ⁊ igneitas cū eo qđ est in ea [m] ⌈ex virtute maturādi⌋ iuuerint se, ⁊ coagulatū durū fecerint, ⁊ coagulationē quādā ei attribuerint ⁊ duritiē: veruntn̄ hoc ad terminum

[a] A. ⁊ significat.

[b] A. cuꝫ supfluo existit fetore.

[c] A. ꝓhibitꝭ ab exitu.

[d] A. virulente.

[e] A. status.

[f] A. quelꝫ tamē ambaꝝ est scia ⁊ speculatio vel ꝑscrutatio.

[g] A. fen.

[h] A. fen.

[i] A. ⁊ verior sermonum vel positionum eius est

[k] A. ⁊ verior positionum eius est

[l] A. qđ gn̄at̄ ex ea.

[m] A. cū digōne.

coagulationis dur oꝝ corpoꝝ non puenit, sicut lapides, ⁊ vitrum: ita ꝙ ex eis nihil resoluat᷑, aut resoluatur qđ non sensu pcipit᷑. tūc nāq̧ secura essent a nocumētis, que ꝑpter assiduā accidunt resolōnem ⁊ longissimā, sed res nō est ita. Quapropter corpa nr̄a duabus nocumētoꝝ spēb⁹ sunt exposita: quaꝝ vnaqueq̧ cām hēt intrinsecā, ⁊ cām extrinsecā. Et vna qdem nocumenti spēs, est humiditatis resolō, ex qua creati fuimus: ⁊ hec qdez ordinate venit. Et secūda est humoris putrefactio, ⁊ eius corruptio, ⁊ ipsius alteratio: vnde fomēto vite ꝯueniens nō est. Et hic qdem a p̄mo mō est alius, lȝ sua ipsius malitia ad siccitatē adducat, ꝑpterea ꝙ corpis humiditatē prius [a] ⌈exiccari facit, ⁊ ex eo qđ nostris ꝯueniens est corpib⁹ corrūpit⌋ deinde ad vltimū a putrefactione resoluit᷑, qm̄ putrefactio in p̄mis corrūpit humiditatem, postea ipsam resoluit, ⁊ rē siccaȝ dimittit cineritiā. Hec igit᷑ duo nocumēta ab alijs nocumētis sunt aliena, que ꝑpter alias accn̄t cās, sicut friditas ꝯgelatiua [b] ⌈⁊ venena⌋ ⁊ spēs solutionis ꝯtinuitatis pnitiosa, ⁊ relique egritudines. Sȝ due p̄dicte spēs huic nr̄e inuestigationi sunt ꝓpinquores, ⁊ digniores [c] ⌈q̄ eaꝝ mutatio est in dispōne sanitatis.⌋ Et vnaqueq̧ ipsaꝝ aduenit ex causis extrinsecis ⁊ causis itrinsecis: ⁊ extrinsece qdē cause sunt sicut aer dissoluēs, ⁊ putrefaciens: ⁊ intrinsece qdeȝ cause sunt, sicut calor inatus, qui in nobis existit nr̄as resoluens humiditates, ⁊ calores ex̄nei in nobis a nr̄is nutriētibus gn̄ati, ⁊ reliqua nr̄as putrefaciētia humiditates. Oēs v̄o cause iste se adinuicē iuuant in exiccādo nos. Verūtn̄ pfectio ⁊ integritas nr̄a, ⁊ potētia pficiendi opōnem nō est, nisi ꝑpter multā siccitatē, que nobis accidit: deinde siccitas icessanter ꝓcedit donec [d] ⌈nos pimat:⌋ hec igr̄ siccitas que nobis accidit, res est nobis nec̄ia. Nos si qdē a p̄ncipio rei in vltima ꝯsistimus humiditate: vn̄ ꝓculdubio opȝ vt calor eam supet, qm̄ si non, in ipsa suffocaret᷑, ꝓcedit igit᷑ ꝓculdubio in ipsam assidue agēdo, ⁊ ipsam semp exiccādo incedit. Qđ tn̄ ex eius exiccatione appet in p̄ncipio, equalitati attinet: deinde quū nostra corpa ad tēperate siccitatis puenerit terminū, calore ex̄nte vt erat, nō est siccitas s̄m sue siccitatis p̄me q̄ȝtitatē, imo fortior, qm̄ mā̈ est minor, ⁊ ꝑpter hoc est magis recipiēs. Inde ꝓculdubio seq̄tur vt siccitas supra siccitatē tēperatam augmētet᷑, ⁊ nō cessabit ꝓculdubio, qn̄ assidue augmētuȝ sumat, donec humiditates ꝯsumat. Calor igit᷑ inatus est causa extinguēdi seipm accn̄talr̄, ꝑpterea ꝙ fit causa sui ipsius mā̈m ꝯsumendi: sicut lāpadis flāma, que extinguit᷑, ꝑpterea ꝙ suaȝ ꝯsumit mā̈m. Et q̄ȝtoplus siccitas s̄m augmētum ꝓcedit, calor inatus s̄m diminutionē incedit: ergo accidit defectus nunq̄ȝ cessans vsq̧ ad vltimuȝ, qui est defectus restaurādi humiditatē loco eius qđ resolutū fuit: defectus igit᷑ semp auget᷑. Siccitas ergo duobus augmētat᷑ modis. Vnus eoꝝ est ꝑpter diminutionē potētie recipiendi mā̈m. Et alter minoratio humiditatis in se ꝑpter caliditatis resolōnē. Augmentat᷑ igit᷑ caloris debilitas, ꝑpterea ꝙ siccitas in membroꝝ s̄ba dn̄atur: ⁊ ꝑpter nālis humiditatis diminutionē, que est sicut mā, ⁊ sicut oleum flāme lāpadis. Flāma nāq̧ duas habet humiditates aquam ⁊ oleū: vna quaꝝ ꝯsistit, ⁊ altera extinguitur. Simil'r calor inatus humiditate ꝯsistit naturali, ⁊ ab augmēto extranee extinguit᷑, que ꝓuenit ex debilitate digerēdi: ⁊ est sicut aquea humiditas flāme. Et quum siccitas ad cōplemētum accedit, calor inatus extiguit᷑, ⁊ mors subsequit᷑ nālis.

a A. corrūpit et diuersificat formā seu modum ꝯuenietie sue ad corpora nostra.

b A. calitas excessiua, vel estuosa.

c A. vt ꝯsiderent in ꝯseruatiōe sanitatis.

d A. compleat᷑.

Corpus autem non pmanet tpe quo perdurat: propterea ꝙ ipsius inata humiditas p̄ma, resolutioni resistit caloris mūdani, ⁊ caloris sui corporis in natura sui, ⁊ eius qđ ex motibus accidit suis, hac taȝ longa resistentia: [e] ⌈qm̄ ipse sunt ea in essentia sua debiliores⌋ imo ipsum stare non facit nisi illud, qđ restaurat illud quod ex ea resoluit᷑: ⁊ est nutriens.

Amplius nos iam declauimus, ꝙ virtus in cibo non operat᷑, ⁊ vtitur eo nisi vsq̧ ad terminū. Et ars qdem sanitatem custodiēdi non est ars, que a morte securos nos faciat, neq̧ corpus ab extrīsecis nocumētis muniat, neq̧ vnūqđq̧ corpus ad vltimaȝ vite lōgitudinem pducat, que est s̄m hominē absolute: sed de duab⁹ rebus securitatem p̄bet, putrefactionis penitus ꝓhibitione, ⁊ defensione humiditatis ne cito resoluat᷑: ⁊ in ipsius qdem fortitudine [f] ⌈consistit⌋ vt ipsum vsq̧ ad debituȝ tēpus s̄m suā primā ꝯplōnē permanere faciat. Et hoc qdem erit propter regimē rectū restaurationis, que fit in corpore loco eius qđ resoluit᷑, s̄m quātitatem possibilem: ⁊ ꝑpter regimen ꝓhibens oīum causaꝝ siccitatē accelerare faciētium, exceptis causis que faciunt siccitatē debere esse, ⁊ per regimē custodiens a generatione putrefactionis, ꝑpter tutelā corporis, ⁊ custodiā a potestate caloris extranei extrinseci aut intrinseci: qm̄ oia corpora nō sunt equalia in fortitudine humiditatis radicalis, ⁊ caloris inati: imo corpora in his existūt diuersa. Vnumqđq̧ preterea corpus terminū habet in quo resistat siccitati necessarie, cōplexione sua, ⁊ calore suo inato, ⁊ q̄ȝtitate sue inate humiditatis [g] ⌈a quo non remouet᷑⌋ est tamē quum ante adueniunt cause in siccitatē adiuuantes, aut alio modo pnecantes. Et multi qdeȝ hominū dicunt, ꝙ isti sunt termini naturales, ⁊ termini accidētales sunt alij. Et ꝙ custodiendi sanitatem ars existit illa que corpus humanū ad naturalem pducat terminum [h] ⌈si conuenientia ꝯseruat.⌋

Huius autē custodie administrationi due attribute sunt virtutes, qbus deseruit medicus vna earuȝ est naturalis, ⁊ vocat᷑ nutritiua, que restaurat illud qđ ex corpore resoluit᷑: cuius substātia terreitati, ⁊ aqueitati attinet. Et altera est animalis, ⁊ ipsa est virtus pulsatiua, que restaurat qđ ex spiritu resoluitur, cuius substātia est aerea ⁊ ignea. Et propterea ꝙ nutriens nō fuit simile nutrito, nisi in potentia: ideo creata fuit virtus imutatiua, quatenus nutrientia mutet in similitudinē nutritoꝝ in effectu, ⁊ vt pro certo sit nutriens in effectu: Et ad hoc creata fuerunt instrumēta, ⁊ cānales que sunt ad attrahendum, ⁊ expellēdum, ⁊ retinendum, ⁊ digerendum. Dicemus ergo ꝙ habene rei in arte custodiendi sanitatem cōsistunt in equalitate causarum [i] ⌈predictarum cōitantium.⌋ Ille tamē in quarum equalitate maior necessaria est solicitudo sunt septē res. Equalitas cōplexionis, ⁊ electio eoꝝ que comeduntur ⁊ bibunt᷑: ⁊ purgatio supfluitatum, ⁊ custodia compositionis: ⁊ rectificatio eius qđ per nares attrahitur [k] ⌈⁊ custodia tangentis⌋ ⁊ moderamen motionum corporearum ⁊ animalium, inter que etiam somnus, ⁊ vigilie quodāmodo numerātur. Et tu quidem iam sciuisti in his que sunt premissa ꝙ neq̧ equalitas vnum habet terminum, neq̧ sanitas, neq̧ aliqua ex complexionibus in hoc ingreditur, ꝙ sit aliqua sanitas, aut aliqua equalitas in aliquo tempore: sed est id quod inter duas res existit. Incipiemus igitur in primis declarare regimen infantis, qui in vltima complexionis equalitate consistit.

e A. qm̄ ipsa est resistens debili⁹ q̄ȝ sit illa.

f A. consistat.

g A. Alia litera. qui nō ptrāsitur

h A. s̄m obseruationē ꝯuenietiū

i A. cōiuȝ comitātiū seu necessariaꝝ p̄dictaꝝ.

k A. ⁊ rectificatio idumētoꝝ q̄ sunt de sūma tāgentium.

¶ Doctrina prima dictionis tertie, que est de nutricatione .iiij. continens capitula.

¶ De regimine infantis ex [a]† ⌈ ⌋quo nascit̃ vsqꝫ quo incedat. Cap.I.

PRegnantium autē ꝫ regimē, ⁊ mulieꝝ que ꝑtui sunt vicine in dictionibꝰ scribemꝰ ꝑticularibꝰ. In fantis ꝟo tēpate ꝯplonis quū nascit̃ pleriqꝫ sapientuꝫ dixerūt, vmbilicū in ꝑmis debē icidi sup quatuor digitos, ⁊ cū lana ligari munda [b]⌈que bene ⁊ subtilr̃ sit retorta talr̃ ne doleat, ⁊ oleū cū pāno sup ipm ponēdū⌋ ⁊ ꝑp vmbilici icisionem ꝓceperūt, vt venaꝝ citrinaꝝ, ⁊ sanguis draconis, ⁊ sarcocolle, ⁊ cymini, ⁊ vsnee, ⁊ myrrhe ꝑtes sumant̃ eq̃les, ⁊ trite vmbilico supponant̃. Et festinādū est ad corpꝰ ipsiꝰ saliēdū [c]⌈cū salmora tenuis salis q̃tenus vmbilicꝰ eius idurescat⌋ ⁊ ipsiꝰ cutis dura fiat. Ex salibꝰ ꝟo ille melior existit cui admista sūt [d]⌈sedenegi⌋ ⁊ costus, ⁊ sumac, ⁊ fenugrecū, ⁊ origanū. Et ipsiꝰ qdē nasus nō saliat̃, neqꝫ os. Cā ꝟo q̃re nobꝭ nec̃ium est corpꝰ eius duꝝ facē, est qm̄ ilico quū nascit̃, oia q̄ ipm tāgūt ei nociua sūt [e]⌈siue calā⌋ siue frida, siue aspa sentiat ea, ⁊ h̄ qdeꝫ est ꝓpt̃ cutis eiꝰ subtilitatē, ⁊ ꝓpt̃ caloreꝫ eius, qm̄ oē qd̄ ipm tāgit, sentit durū ⁊ fridū ⁊ aspeꝝ. Et si nobꝭ nec̃ium fuīt iteꝝ salire, faciemꝰ: ⁊ hoc qdē augemꝰ quū multe fuīt sorditiei, ⁊ multaꝝ hūiditatū. Deinde aq̄ tepida ipm lauabimus, ⁊ eius nares assidue purgabimꝰ digitis, q̊ꝝ vngues sint icisi, ⁊ in eiꝰ oculos paꝝ olei ꝓijciemꝰ. Ani ꝑterea orificiuꝫ minuto digito in circuitu eiꝰ est mouēdū, vt apiat̃: ⁊ obseruēdū est ne ipm frigꝰ tāgat. Quūqꝫ eiꝰ ceciderit vmbilicꝰ, qd̄ est post tres, aut q̃tuor dies, erit meliꝰ vt sup ipm ponat̃ cinis cocleaꝝ, aut cinis [f]⌈calcanei⌋ vitulini, aut plūbi adusti ⁊ triti, cuiuscūqꝫ fuerit cū vino. Quūqꝫ volumꝰ vt fasciet̃, nutrix eius mēbra suauiter tāgē doꝫ, ⁊ qd̄ dilatādū fuerit dilatare, ⁊ qd̄ subtiliādū subtiliare, ⁊ oē mēbrū ꝭm ꝯueniētioreꝫ figurā figurare, ⁊ h̄ totū subtili cōpressiōe cū extremitatibꝰ digitoꝝ, qd̄ qdē multis faciendū erit vicibus. Et oculi assidue erūt tergēdi cū re q̄ sit sicut seta. Vesicā q̊ꝫ eius ꝑmere ꝯuenit, vt vrine exitꝰ facilis fiat, deinde manus eiꝰ extēdant̃, ⁊ ipsiꝰ brachia ad genua ducant̃. Et ipsiꝰ caput instita liget̃, ⁊ pileus ei iponat̃ qui sup ipsiꝰ caput [g]⌈ꝯstringat̃.⌋ In domo ꝑterea tēꝑati aeris, que non sit frida, ad dormiēdū ponat̃. Opꝫ aūt vt domꝰ vmbre attineat, et tenebrositati aliq̃ꝫtule, que a supante radio nō illuminet̃. Quūqꝫ dormiet oportebit, vt caput eiꝰ toto reliquo corpe sit altius. Et obseruādū erit ne quuꝫ dormiet, aliqd colli ipsius, aut extremoꝝ eius, aut dorsi torqueat̃. Ipse q̊ꝫ in estate aq̄ suaui eq̃li balneādus est. In hyeme ꝟo aq̄ eiꝰ ad calitatē trahat nō pūgentē: hora ꝟo ad ipꝫ lauādū, melior est post eius lōguꝫ sōnū. Et plerūqꝫ qdē est ꝯueniēs vt ipse bis in die lauet̃, aut ter, ⁊ ordinate ad id qd̄ sit magis tepidū mutet̃ si tꝑs fuerit estiuū. In hyeme aūt [h]⌈nō sit fridior aq̄, que in calitate tempata existit⌋ ipse quoqꝫ nō lauet̃, nisi vsqꝫ quo eiꝰ corpꝰ calefiat ⁊ rubere icipiat, postea exhat̃, ⁊ eius aures custodiant̃ ne aqua in eis igrediat̃. Et opꝫ qdē vt quuꝫ in hora ablutionis accipit̃, sit ꝭm hūc modū, accipiat̃ manu dextra, ⁊ sup brachiū sinistrū sup pectꝰ suū appodiet̃, ⁊ nō sup vētrē. Ampliꝰ in hora ablutionis ipsius, studēdū erit vt ipsius [i]⌈plāte ad dorsuꝫ eiꝰ eleuent̃⌋ ⁊ eius pedes ad caput eius subtilr̃ ⁊ suauiter ꝑducant̃: deinde mollibus pānis exiccetur, ⁊ suauiter extergat̃. Deinde fiat vt in ꝑmis sup ventreꝫ sui iaceat, postea supra dorsum, ⁊ ꝑter hoc totū incessanter [k]⌈fricet̃ ⁊ premat̃, ⁊ figuretur: deinde ad ipsum cū pāno fasciādum est redeundum⌋ postea in ipsius nares oleum dulce proijciatur: qm̄ eius oculos lauabit: ⁊ ipsorum tunicas.

a† A. tempore.

b A que sit retorta parūp, ⁊ sbtiliter, seu igenio se talr̃ ne doleat vl' talr̃ ne ledat. ⁊ pānus seu petia ifusa in oleo est sup ipsuꝫ ponenda.

c A. Alia litera cū aq̄ salita pauci salis q̃tenꝰ indurescat superficies corporis extrinseca.

d A. sadenegi.

e .—— A.

f A. archub.

g A. adaptetur.

h A. nō sepet̃ ab eo aqua tēꝑate caliditatis.

i A. palme vl' vole manus, dorso eius adhereant.

k A. ꝑmat̃ ⁊ figuret̃: deinde reducat̃ ⁊ fasciet̃ cuꝫ pāno vel fascia.

¶ De regimīe lactatiōis ⁊ remotiōis a lacte. Ca.II.

Uermis qd est. Est vermis grane, et est v̾mis tinctoꝝ, cuiꝰ v̾tꝰ ē sic v̾tꝰ eruce. verū tñ est subtilior, ꝛ magis vadēs in ꝓfundū. qdā aūt dixerūt ꝙ collr̃ hic vermiculus ex reb⁹ ꝑlib⁹, ita ꝙ collr̃ ex arborib⁹ glādes ferētib⁹. Nā. Uermiculꝰ grane recēs ifridatiuꝰ est. ꝛ in ipso est siccitas q̃ztitatē hñs. Opō. ꝛ ꝓpe. Uermiculꝰ grane, q est vermis tinctoꝝ, ē purpureꝰ, ꝛ exiccat sine mordicatione. Et Gal. qdē dicit, ꝙ in ipo est stipticitas tēpata. Uulnera et vl. Uermiculꝰ grane ꝯfert vulneribus neruoꝝ tritus cū vino, aut aceto cū melle. dr̃ aūt ꝙ vermis pluriū pedū, q morat̃ sub lagenis, sꝫ ꝙ dr̃, cū bibit̃ ex eo aureꝰ remouet spasmū, et alcuzez nocentes. Mēbra capi. Uermis pluriū pedū q est sub amphoris, cū terit̃ cū cortice granati, ꝛ cū oleo rof. ꝛ distillat̃ in aurē, sedat dolorē. Mēbra anhe. et pec. Uermis rubeus q est sub vrceis aq̃, qui hꝫ pedes plurimos, et cū tangit̃ rotundat̃, qñ cuz eo tangit̃ palatū cū melle valet p̃focationibus. et silr̃ cuz comedit̃ ꝯfert asmati, ꝛ dilatationi anhelitus, s̃m ꝙ dr̃. Mēbra nu. Predictus hñs pl'es pedes, ꝯfert icteritie bibitꝰ cū vino. Mēbra expul. Uermis plurium pedū qui est sub cisternis, ꝛ vrceis bibitus cum vino, est bonus difficultati vrine. Uenena. Uermis olerū cōtritus linitur super pūcturaz vermium venenosoꝝ ꝛ confert ei.

Uzifur

De[k] [vzifur.] Cap. DCCXXVIII.

Uzifur qd ē. dixerūt qdā ꝙ eiꝰ v̾tus ē v̾tꝰ ceruse. ꝛ dixerūt alij v̾tꝰ eiꝰ ē v̾tꝰ alscedenegi. Nā. Ueriꝰ ē vt sit cal'z ꝛ siccū, et vt q̄si sint ābo in fine scd̃i. qd̃ aūt dr̃ p̃ter h̃, est dcm̃ ꝑ ignorantiaz. Opō. et ꝓpe. Apud quosdā eiꝰ stipticitas ē fortior q̃z ipsius[l] [acuitas. et apud alios eiꝰ acuitas] ē fortior stipticitate ipsius. Uulnera et vlce. Cōsolidat vulnera, et gñat carnē in vlceribus, et ꝓhibet adustionem ignis, et[m] [ostracositatē.] Mēbra capit̃. Prohibet corrosionē dentium.

Uitrum

De[n] [vitro.] Cap. DCCXXIX.

Uitrum qd est. Uitrū iter lapides, est sic stultus iter hoīes. declinat. n. ad oēz tincturā, ꝛ tingit̃ ea, et frāgit̃, et abscindit̃ cū eo. Nā. Cal'm est i p̊, siccū in s̃o. Decor. Abstergit dētes, ꝛ fac̃ oriri pilos, qñ cū oleo sābacino inūgit̃. Opō. ꝛ ꝓpe. In ipso ē stipticitas, ꝛ subtilitas. Mēbra capi. Mūdat furfures qñ cuz eo fit ablutio, ꝛ abstergūt̃ dentes. Mēbra ocl̃i. Abstergit ocl'z, ꝛ delet eiꝰ albuginē, ꝛ adustū ē fortiꝰ. Mēbra expl'. Qd̃ ex eo tritū est, ꝛ adustū, ꝯfert valde lapidi vesice, ꝛ renū, cū bibit̃ cū vino.

Uua

De[o] [vua passa.] Cap. DCCXXX.

Uua passa dicetur in capitulo de vua.

Uenter

De[p] [ventre.] Cap. DCCXXXI.

Uenter. Opō. et ꝓpe. Paruī ē nutrimēti, mali chimi, et silr̃ qd̃ sil'at̃ ei ex visceri⁹, q̃zuis eiꝰ bōa fiat digō. verūtñ plis ē nutrimēti, q̃z pulmo. vētres āt auiū, qñ digerūt̃, sr̃ meliorꝭ nutrimēti, ꝛ ꝑlimi, ꝛ p̃cipue gallinaꝝ, ꝛ anserū. Mēbra nutrimēti. Est tarde digōnis.

Uitis

De[q] [vite.] Cap. DCCXXXII.

Uitis qd est. Inqt Dia. vitis siluestris, ꝛ montana, hꝫ ramos lōgos, sil'es illis quos fac̃ vitis. et eaꝝ folia sunt sic̃ folia vue lupine dōestice, sed sūt latiora, et flos eiꝰ pilosus ē. et fructꝰ eius est sicut[r] [vua] q fit rubeꝰ apō maturationē, et granū eiꝰ ē rotūduz. ꝛ cōedūt̃ folia eiꝰ statim, cū nascunt̃. Opō. et ꝓprie. Cinis ramoꝝ eiꝰ ponit̃ i medicinis cauterizātibus. et oleū vitis est sic̃ oleū rof. verūtñ nō ē in eo illiꝰ subtilitas. et oleū qdē musti ē sedatiuū, ꝛ calefactiuū, ꝛ flos silu̾ris ē vehemēt̃ stipticitatis. Decor. Lachryma eiꝰ vz sup ꝟucas formicales. et vitis qdē silu̾ris abstergit pānuz, et lētigines, sed dōestica est debilis. ꝛ lachryma silu̾ris forsā eradicat pilos cū oleo, ꝛ ꝓpe q̃ assumit̃ ex ramis eiꝰ recentibus cū inflāmat̃, ꝛ oleū eius est fortiꝰ oībus oleis. Uulnera ꝛ vl. Lachryma vitis est bo

---

[a] A. nocumēto odoratus.

[b] A. Alia litera tres pugillos, seu tres mensuras, q̃tū in palma manꝰ incuruata ꝯtinet̃.

[c] A. Debach.

[d] A. crispuz vel ꝯtractū hñs corticem.

[e] —— A.

[f] A. iuxta arbores ferētes. glādes ꝛ poma ꝛ pyra ꝛ in eo.

[g] A. porrini.

[h] A. Alia litera essere ꝛ plāte noctis.

[i] A. Dud.

[k] A. Zengiefer.

[l] A. attractio ꝛ apud alios eius attractio.

[m] A. vesiccationem.

[n] A. Zegiagi.

[o] A. Zibib.

[p] A. Kers.

[q] A. Karm.

[r] A. botrus.

na ſcabiei,⁊ ipetigini.⁊ fructus vitis ſilueſtris ꝓhibet apari vulnera. Inſtrã iũct. Cinis vinatie ei⁹ qḋ remanet, cũ aceto ꝯfert torſioni neruoꝝ.⁊ cinis ramoꝝ eius cũ oleo,ponit̃ ſuꝑ ꝯtuſionẽ lacertorũ, ⁊ mollificationẽ iuncturaꝝ.⁊ qñq; bibit̃ cinis eius ꝑꝑ caſum.⁊ oleũ muſti eſt bonũ doloribus lacertorũ, ⁊ neruoꝝ, ⁊ latitudini. Mẽbra capitꝭ. Folia eius ⁊ [a] filiꝭ ipſi⁹ ponunt̃ in emplõ ad ſoda calãz. ⁊ radix vitis nigre,⁊ albe,⁊ ſilueſtris,eſt ex ſumma medicinaꝝ abſtergẽtiũ ſordes auris,⁊ eſt ex medicinis ꝯferẽtibus ſurditati.⁊ cortex eius q̃ ſilueſtris eſt,cũ melle ſanat gingiuã ſanguineã. Mẽbra oculi. Folia vitis cũ ſanie ordei more emplĩ ſuppoſita oculo,ꝓhibẽt fluxus ad ipz. Mẽbra anhe.⁊ pe. Succ⁹ folioꝝ domeſtice ꝯfert ſputo ſanguis,⁊ ſilr̃ fruct⁹ ſilueſtris bibitus. Mẽbra nu. Emplz̃ fcm̃ ex folijs,⁊ filis ei⁹ cũ ſauich ordei, valet ſuꝑ apata ſtõi,⁊ inflationẽ ei⁹,⁊ ſucc⁹ folioꝝ ei⁹ cõfert dolori ſtõi ex calitate,⁊ qñ bibit̃ radix ei⁹ cũ aq̃ ſilueſtris, aut vino,ꝯfert hydropiſi.⁊ ſolõne educit aquam.⁊ fruct⁹ vitis ſilueſtris eſt bon⁹ ſtõ, ⁊ nauſee,⁊ ꝯturbationi,⁊ acetoſitati cibi. Mẽbra expul. Succ⁹ folioꝝ eius eſt ꝯueniẽs dyſenterie, ⁊ dolori [b] ani ex caliditate.⁊ eius lachryma q̃ eſt ſicut gũma, bibitur cuz vino,⁊ frangit lapidẽ,⁊ cinis eius qḋ remanet poſt expreſſionẽ cũ aceto ponit̃ ſuꝑ hemorroidas,⁊ mora.⁊ fructus eius bonus eſt ano.ꝓuocat enim ⁊ ſtringit. Uenena. Cinis eius qḋ remanet poſt expſſionẽ muſti eſt tyriaca morſui vipere.

a A. pampini.

b A. Alia litera ſtomachi.

De [c] volubili. Cap.DCCXXXIII.

Volubilis. Nã. Eſt eq̃lis ad calitatẽ quandã declinãs,⁊ ſiccitatẽ [d] † ꝓlimã [e] ⁊ eſt lenificatiua.⁊ apud alcãzi ẽ frigida. Opatio.⁊ ꝓꝑe. Eſt reſolutiua, apitiua. Et nota q̃ noiat̃ funis paupeꝝ ꝯſtat ex terreitate ꝯſtrictiua, ⁊ aq̃itate lenitiua ⁊ [f] acredie ꝉignea,ſz exiccatio deſtruit aq̃itatẽ ei⁹.⁊ in ipſa eſt mũdificatio. Decor. Lac volubilis magne abradit pilos,⁊ interficit pediculos. Uulnera ⁊ vl. Folia funis paupeꝝ recẽtia ꝯuenientia ſunt vulneribus magnis.⁊ ꝯſolidãt ea decocta in vino,⁊ ex eis emplm̃ fcm̃ ſuppoſituz, aduſtiõi ignis,⁊ ꝓꝑe cuz cerato,⁊ ad h̃ ñ eſt ei par. Mẽbra capi. Diſtillat̃ ſucc⁹ eius in aurẽ doloroſam cũ cotto, ꝓprie cũ oleo roſ̃. ⁊ ꝓprie qñ eſt apacalm̃,⁊ ꝯfert ſoda antiq̃.⁊ ſucc⁹ eius ꝯfert mãei attracte ad aurẽ, ſi eſt antiq̃, ⁊ vlceribus antiqs i ea. Mẽbra anhe.⁊ pe. Eſt bona pectori, ⁊ pulmõi, ⁊ mũdificat aſma. Mẽbra nu. Apit oppilõnes ẽpis,⁊ folia ei⁹ cũ aceto ſunt bona ſpleni. Mẽbra expul. Aq̃ eius ſoluẽdo educit cholerã aduſtaz:⁊ qñ nõ decoqtur,eſt fortior.⁊ eſt q̃dã ſpẽs volubilis mala,ſolutione educens ſanguinem.

c A. Leblab.

d † A. non.

Alia lra d —— e A

f A. acuitate.

De [g] virga paſtoris. Cap.DCCXXXIIII.

Virga paſtoris qd eſt. Eſt albatbat, ⁊ eſt maſculus ⁊ femina.ſed maſculus ẽ fortior. Opõ.⁊ ꝓꝑe. In ipſa eſt ſtipticitas , ſed ꝑs aquea in ipſa eſt ꝓlima,⁊ ꝑꝑ multitudinẽ repulſiõis mãeꝝ effuſarũ exiſtimãt,ꝙ ẽ exiccatiua,⁊ [h] ſilr̃ ꝓhibet fluxũ. Apata ⁊ bo. Fit ex ea emplm̃ phlegmõi, ⁊ beriſipile,⁊ formice,⁊ eſt valde ꝯferẽs apatibus vlceratis. Uulnera ⁊ vl. Cõſolidat vulnera recẽtia. Mẽbra capitis. Succus eius interficit vermes auris,⁊ exiccat̃ [i] vulnera ei⁹. Mẽbra anhe. ⁊ pe. Aq̃ eius ꝯfert ſputo ſanguis. Mẽbra nu. Fit ex ea [k] † emplm̃ ad inflãmationez ſtõi infrigidati. Mẽbra expul. Prohibet fluxuz ſanguinis ex matrice,⁊ ſanat vlcera inteſtinoꝝ. Et Dia.q̃dẽ exiſtimauit,ꝙ ipſa ꝓuocat vrinaz,⁊ ſanat illum qui retinet eam,⁊ nõ poteſt mingere.

g A. Haſſa alrhai.

h A. ꝑꝑ illud.

i A. vlcera.

k † A. infrigidata.

De [l] vua. Cap.DCCXXXV.

Vua. Electio. Alba laudabilior eſt,q̃z nigra, cũ equant̃ in reliqs ꝓprietatibus ſpiſſitudinis,⁊ ſubtilitatis,⁊ dulcedis,⁊ reliq̊ꝝ,⁊ dimiſſa p⁹ collectionẽ duobus diebus, aut tribus melior ẽ collecta in eadẽ [m] hora. Nã. Cortex vue fridus eſt ⁊ ſiccus. [n] † Opõ.⁊ ꝓꝑe. Collecta in eadẽ hora eſt inflatiua,⁊ ſuſpẽſa donec detumeſcat cortex, eſt boni nutrimẽti , ⁊ eſt ꝯfortãs corpus.et eius nutrimẽtũ eſt ſilẽ nutrimẽto ficuũ in paucitate malitie,⁊ eſt ꝓlimi nutrimẽti,q̃zuis ſit minus nutrimẽto ficuũ.⁊ matura minoris eſt nocumẽti, q̃z non matura,⁊ qñ nõ digerit̃ vua,ei⁹ nutrimẽtũ eſt crudũ.⁊ nutrimẽtũ q̃dẽ vue cũ ſua diſpõne plus eſt nutrimẽto ſucci eius.ſed ſuccus ei⁹ eſt velocioris penetrationis,⁊ deſcẽſionis.⁊ vuã ſtipticã ſperat̃ ꝙ reſoluat appẽſio.Acetoſa ꝟo nõ eſt ita. Mẽbra nu. Uua paſſa eſt amica epati ⁊ ſtõ. Mẽbra expul. Uua ⁊ vua paſſa cũ ſuis interioribus bõe ſunt doloribus inteſtinoꝝ.⁊ vua paſſa ꝯfert renibus ⁊ veſice.⁊ vua quidẽ in eadem hora collecta mouet vẽtrem ⁊ inflat. ⁊ omnis vua nocet veſice.

l A. Haneb.

m A. die.

n † A. tarde digeſtiõis, ⁊ qḋ in ipſo ꝯtinet̃ ẽ calidũ humidũ, ⁊ grana ipſi⁹ ſunt frigida ſicca.

De [o] venis tinctoꝝ. Cap.DCCXXXVI.

Vene tinctoꝝ. Nã. Sũt calẽ ⁊ ſicce, declinantes ad ſcõm. Opõ.⁊ ꝓprie. In ipſis eſt abſterſio fortis. Mẽbra capitis. Cõfert earum maſticatio dolori dentiũ. Mẽbra oculi. Succus earum eſt bonus in acuẽdo viſuz,⁊ abſtergẽdo qḋ eſt corã pupilla de aqua ⁊ albugine. Mẽbra nu. Confert icteritie facte ex oppilationibus,⁊ ꝓprie cum aniſo ⁊ vino albo .

o A. Haruch ſabagin.

De [p] ventribus. Cap.DCCXXXVII.

Ventres. Opõ.⁊ ꝓprie. Uẽtres auiuz pluris ſunt nutrimẽti,⁊ illi q ſunt gallinaꝝ nõ digerũt̃ velociter. Mẽbra nu. Exiſtiauerũt ꝙ tunica iterior vẽtriuz exiccata ꝯfert ori ſtõi,⁊ dolori eius. Filius Meſaugue ⁊ ꝓprie vẽtris galli.

p A. Chuanas.

De [q] vulpibus. Cap.DCCXXXVIII.

Vulpes. Opõ. ⁊ ꝓprie. In ipſa eſt reſolõ. ⁊ ei⁹ pellis eſt calior pelliũ,⁊ ei⁹ q̃dez pelle iuuant̃ humectati ꝑꝑ ipſius reſolõnẽ. Inſtrã iũctu. Qñ vulpes coquũt̃ in aq̃,⁊ embrocant̃ iuncture doloroſe ex ea ꝯfert vehemẽter.⁊ ſilr̃ oleũ qñ viua decoqt̃ in ipſo,imo h̃ eſt valde fortius. ⁊ opz q̃dez vt ꝓlõget̃ eius ſeſſio in ipſo:⁊ melius eſt vt ſit poſt euõnẽ,⁊ purgationẽ, vt nõ attrahat cũ fortitudie ſue [r] acuitatꝭ ⁊ reſolõnis hũores ad iũcturas. ⁊ qñ euãt̃ corpus poſt illud,nõ attrahit̃ ad iuncturas aliqd. ꝙ ſi redeat erit leue. ⁊ ſilr̃ adeps vulpis qñq; attrahit aliqd,plus eo qḋ reſoluit, ⁊ qñq; decoqt̃ in oleo viua, ⁊ qñq; decoqt̃ in ipſo decolata. ⁊ q̃cũq; ambaruz adminiſtret̃,reſoluit illud qḋ eſt in iuncturis. Mẽbra capitis. Eius adeps ſedat dolorẽ auris,qñ in ea diſtillatur. Mẽbra anhe. ⁊ pec. Eius pulmo ſiccus cõfert aſmaticis valde,⁊ eius potio eſt pondus.ʒ.j.

q A. Thaleb.

r A. attractiõis.

De [s] veſpertilione. Cap.DCCXXXIX.

Veſpertilio qd eſt.dĩ ꝙ [t] ſceirazirac eſt lac eius, ⁊ dĩ ꝙ eſt vrina ipi⁹. Nã. In ſceirazirac eſt abſterſio,⁊ vehemẽs calefactio. Opõ. ⁊ ꝓprie. Unguẽtum veſpertilionis ꝓhibet mãmillas puellaꝝ a magnificatione.⁊ ꝓhibet ortum piloꝝ,ſm ꝙ dĩ,ſed nõ eſt veꝝ. Mẽbra oculi. Cerebrũ eius cũ melle ꝯfert principio aque deſcendentis in oculuz, ⁊ eius cinis acuit viſum,et ſceirazirac cõfert vngule, ⁊ albugini.

s A. Chafas.

t A. ſizarach.

¶De vbere. Cap.DCCXL.

Uber. Nã. Est frigidũ ⁊ siccum[a] ⌈pp neruos plurimos q sunt in ipso.⌋ Electio. Nutrimentũ vberis pleni lacte, qñ digerit, ꝓpinquũ est nutrimento carnis, et illud est melius in quo est lac: ⁊[b] ⌈qd̄ est alasegueati⌋ quoniã ipe velociter faciunt descendere ipsũ, ⁊ qd̄ est de animali bõe carnis, boni humoris, grossi fortis.

a A. Alia litera in qua non sunt nerui magni.

b A. preparatũ cũ spẽbus aromaticis.

¶De[c] ⌈vngula.⌋ Cap.DCCXLI.

Ungula qd est. Lux ex cinere vngule caprine cũ aceto linit alopitia, ꝯfert valde.

c A. Dhalef.

Littera. X.

¶De[d] ⌈xiloaloe.⌋ Cap.DCCXLII.

d A. Haud.

Xiloaloes. Electio. Melior spẽs xiloaloes est almũdiliũ. ⁊ asportat de medio regiõis indie ꝯm quosdas, deinde est illud qd̄ dr̄ indũ, ⁊ est mõtanum ⁊[e] ⌈supfluit sup⌋ almundiliũ, qm̃ nõ gñat pediculos, ⁊[f] ⌈est magis dans odorẽ pãnis.⌋ Quidã tñ hoies sunt, q nõ discernũt inter mundiliũ, ⁊ indũ bonũ. et de meliori xiloaloe est[g] ⌈alsemedeuri qd̄ est de abstersiõe indi. deinde alcumari qd̄ est de abstersione indi postea alsenasiũ. et est spẽs tersi ⁊ post illud est athetiliũ. alsebriũ, ⁊ alkadiũ, ⁊ alsiniũ, et noiat alcasumurũ, et est bonũ dulce. ⁊ inferius illo est algeliu, et almẽtali, et alguasi, ⁊ alrantac⌋ sꝫ almundiliũ totũ est bonũ. deinde melius de alsemenduri est variũ, põderosũ, et dux plurime aq̃, grossũ in quo nõ est albedo, et remanẽs sup ignẽ. Quidam v̾o extollũt nigrũ sup variũ. et meli⁹ alcumari est nigrũ, mundũ ab albo, põderosum, remanẽs sup ignẽ, grossum, plurime aque. ⁊ vr̃ melius xiloaloes est illud qd̄ magis submergit in aq̃. Natans v̾o est priuatũ vita, et spũ, et est malũ. ⁊ xiloaloes qdẽ est vene arboris, q̃ eradicant, et sepeliuntur in terra donec earũ lignũ, ⁊ cortex putrefiant, ⁊ remanet xiloaloes purũ. Nã. Calidũ est ⁊ siccũ in secundo, sicut existimo. Opõ. ⁊ ꝓprie. Est subtile, aperitiuũ oppilationũ, frangitiuũ ventositatũ, remouens supfluitates humiditatũ. ⁊ ꝯfortat viscera ⁊[h] ⌈ꝓhibet irã.⌋ Decoratio. Masticatio eius facit oris odorẽ bonũ. Instra iunctu. Confortat neruos, et acq̃rit eis vnctuositatẽ, et viscositatẽ subtilem. Mẽbra capitis. Xiloaloes cõfert cerebro valde, et ꝯfortat sensus. Mẽbra anhe. et pe. Cõfortat cor, et letificat ipsũ. Mẽbra nu. Si bibat de xiloaloe pondus. ʒ. j. s. remouet humiditatẽ putrefactam stomachi, et ꝯfortat ipsum, et epar. Mẽbra expul. In ipso est virtus constringens nãm et ꝯfert dysenterie[i] ⌈† ⌋melancolice.

e A. ⁊ est melior ꝗ̃.

f A. eius odor ẽ magis iprimẽs, ⁊ remanẽs in indumẽtis seu in vestibus.

g A. alsemenduri quod est ex regione indie dicta sefale, deide xiloaloes dictũ alchameri qd̄ ẽ ex regiõe indie dicta sefale, ⁊ aloes alsanfi, ⁊ ẽ spẽs xiloaloes d̄ regiõe sefale indie, ⁊ post illud est aloes alchacheli ⁊ alberi, ⁊ aloes de regiõe cathae, ⁊ xiloaloes syni ⁊ noiatur casmuri, ⁊ ẽ humidũ dulce ⁊ inferius illo ẽ algelali ⁊ almebethani ⁊ alluasi ⁊ alrithani.

h A. ⁊ oia membra. Alia litera. ⁊ confortat sensus ⁊ omnia mẽbra.

i † A. ⁊ ꝓprie.

Littera. Z.

¶De[k] ⌈zedoaria.⌋ Cap.DCCXLIII.

k A. Sieduar.

Zedoaria quid est. Portiones siles aristologie, miores tñ ea, ⁊ est in sua virtute. Et melior qdẽ est illa q̃ cum napello crescit. ⁊ eius vicinitas debilitat plantam napelli. Filius mesaugue dixit ꝙ ipsa in operatione sua est sicut[l] ⌈durungi.⌋ Uerũtñ est debilior ea. dico aũt, ꝙ si ipse voluit per hoc ꝙ zedoaria est debilior ea, tũc iam errauit ꝯm ꝙ existimauit. et si voluit per hoc ꝙ durũgi est[m] ⌈durior⌋ nunc nõ elongatur illud. Apud me v̾o nõ cõstat ꝙ filius mesaugue cũ hui⁹ discretionẽ exptus est, habuerit in hac ꝯsideratiõe electionẽ ptinẽtẽ pectori firmo pp sermonẽ eius. Et iã sciuerũt ꝙ zedoaria resistit napello: quomodo ergo est debilior durungi. Uenena. Est tyriaca venenosoꝝ omniũ, vipere, et napelli, et alioꝝ. Permutatio. Triplũ ponderis zurumbet[n] ⌈pro vno tyriace.⌋

l A. durunigi.

m A. debilior.

n A. ponit in tyriaca.

¶De[o] ⌈zinzibere.⌋ Cap.DCCXLIIII.

o A. Zinzibil.

Zinziber qd est. Notũ est, ⁊ est sile pipi in naturis suis. sed nõ inest ei ipsius subtilitas. et accidit ei, vt corrodat pp humiditatẽ suã supfluã. et pp illud calefactio eius durabilior est calefactione piperis, et illud est pp spissitudinẽ suam etiã, sicut in nasturtio, et sinapi, et gũma rute agrestis. Nã. Cal'm est in fine tertij. siccũ in scd̄o. et in ipso est hũiditas supflua, et[p] ⌈nutritũ⌋ cal'ꝫ est ⁊ siccũ, et nõ est in ipso multitudo hũiditatis supflue. Opõ. ⁊ ꝓprie. Ei⁹ calitas est fortis, sed nõ calefacit nisi post tp̃s, pp illud qd̄ in ipso est de hũiditate supflua, sed eius calefactio est fortis. Est lenitiuũ, resolutiuũ inflatiõis, cũ ergo[q] ⌈nutritur⌋ mel accipit qddã humiditatis eius supflue, et exiccat plꝫ eius.
Mẽbra capi. Augmẽtũ efficit in seruatiõe. et abstergit humiditatem a ptibus capitis, et gutturis.
Mẽbra oculi. Abstergit tenebrositatẽ oculi pp humiditatẽ suã facto ex eo alcofol, et bibitũ. Mẽbra nu. Digerit, et ꝯuenit frigiditati epatis, et stõi, et exiccat hũorositatẽ stõi. et qd̄ accidit in eo ex humiditatibus, et comestione fructuũ. Mẽbra exp.
Excitat coitũ nutritũ, et nõ nutritũ, et lenit vẽtrẽ leuiter. dixit alcãzi imo retinet. Ego ãt dico, cũ fiũt a malitia digõnis, et lubricitate humoris viscosi.
Uenena. Cõfert venenis vermiũ venenosoꝝ.

p A. conditum.

q A. conditur.

¶De[r] ⌈zurumbet.⌋ Cap.DCCXLV.

r A. Zurunbad.

Zurumbet qd est. Est[s] ⌈herba⌋ silis cipo, sꝫ est maior, et minus odorifera.
Nã. Cal'a est ⁊ sicca in tertio. Opõ. ⁊ ꝓprie. Resoluit ventositates. Decoratio. Est ipinguatiua, ⁊ abscindit odorẽ vini, ⁊ alleoꝝ, ⁊ ceparũ. Mẽbra anhe. ⁊ pec. [t] ⌈Lenificatiua est cordis.⌋ Mẽbra nu. Retinet vomitũ. Mẽbra exp. Stringit nãꝫ, ⁊ cõfert vẽtositatibus matricũ. Uenena. Confert mordicatiõi venenosoꝝ vermiũ valde, ita vt ꝓpinq̃ sit zedoarie. Permutatio. Ponitur loco eius in venenosis q̃tũ ipsa ⁊ medietas eius de durungi, ⁊ due tertie põderis eius de taraxacon siluestri, ⁊ medietas ponderis eius de granis citri.

s A. Alia litera lignum.

t A. est letificatiua cõfortãs cor.

¶De[u] ⌈zinzibere canino.⌋ Cap.DCCXLVI.

u A. Zinzibil alchel.

Zinziber caninũ qd est. Est olus notũ, ⁊ est sicut pip aq̃. ⁊ eius folia sunt sicut folia[x] ⌈salicis⌋ nisi q2 sunt magis citrina, ⁊ ei⁹ virgulta sunt rubea, hñtia saporẽ zinziberis. ⁊ ipm interficit canes. Nã. Cal'm est in scd̄o. siccũ in p̊. Decora. Recẽs ꝯtritũ cũ semine suo abstergit vestigia, q̃ sũt in facie, ⁊ pãnũ, ⁊ lẽtigines antiq̃s. Apata ⁊ bo. Recẽs resoluit apata dura, qñ terit[y] ⌈⁊ semẽ eius cũ fit⌋ ex eo emplastrũ similiter.

x A. kalef.

y A. cum semine eius ⁊.

¶De[z] ⌈zarnabo.⌋ Cap.DCCXLVII.

z A. Zarneb.

Zarnabũ qd est. Arbor magna, ⁊ nõ fructificãs, exñs in mõte libano de scemi. cui⁹ folia admistrãt. ⁊ ei⁹ virgulta sũt v̾gulta pua, rotũde figure inter grossitiẽ magne ac⁹, q̃ subsellia suunt, ⁊ grossitiẽ calami cũ quo scribit, nigra ad citrinitatẽ declinãtia, que nõ hꝫ multũ saporẽ, neq̧ odorẽ. ⁊ paꝝ odoris quẽ hñt, est bonũ, ⁊ est odor citri ⁊ virtus ei⁹ est virtus nucis mus. sed ẽ subtilior ea parũp. ⁊ q̃nq̧ stat loco cinamomi. Nã. Calida est ⁊ sicca in scd̄o. Opõ. ⁊ ꝓprie. In ipsa est stipticitas, ⁊ resolutio ventositatum. Mẽbra capitis.
Fit ex ea caputpurgiũ cũ aqua oleo roß. ad soda frigidam. Mẽbra nutrimenti. Confert epati, ⁊

stō infrigidatis. Mēbra expul. Stringit ventrē.

a A. Zengiar.

¶ De[a] [ziniar.] Cap. DCCXLVIII.

b A. Alia litera putredine.

Ziniar quid est. Spēs faciendi ziniar sunt cuȝ [b] [exasperatione] eris in fece aceti, ⁊ ro ratiōe limature eius cū aceto, ⁊ sepultura ipsius in loco humoroso. Et inclinat vas ereuȝ super vas in quo est acetū, ⁊ dimittit quousqȝ i ipso fiat ziniar, deinde fricat ziniar ex eo, ⁊ ꝑmiscet cum sale ammoniaco. ⁊ sepultura eius in loco humoroso est nota. ⁊ fit ex ziniar spēs subtilis valde. Assumit eniȝ acetū sublimatū, ⁊ ponit in mortario ereo, cum pistello ex ere, ⁊ sine intermissiōe terit in sole calido, estiuo, donec [c] [exasperet] deinde ponit in ipso alumen, ⁊ sal cū mēsura, ⁊ sine intermissiōe terit. Cūqȝ ꝯficitur illud qd̄ teritur [d] † [ ] ⁊ exiccat, ⁊ aspgunt sup ipsum acetū, ⁊ vrina infantiū, ⁊ teritur, ⁊ dimittit in loco humoroso. deīde aggregat, ⁊ exiccatur, ⁊ qn̄qȝ inuenitur ziniar qd̄ generat super lapidem in mineris eris, ⁊ qn̄qȝ inuenit aliqd ex eo in mineris. Electio. Illud qd̄ est meli⁹, est minerale, ⁊ fortius: qd̄ est assumptū ex scorijs, ⁊ ere adusto, ⁊ acetosum est leuius eo qd̄ factū est cū sale ammoniaco. Nā. Cal'm est ⁊ siccū ad quartum perueniens. Opō. ⁊ ꝓprie. Est abstersiuū, corrosiuum carnis dure, ⁊ lenis simul, acutum. sed ceratum temperat ipsum, ⁊ facit ipsum desiccatiuū sine mordicatione. Uulnera ⁊ vlcera. Prohibet vlcera ambulatiua, ⁊ ꝯsolidat cū cerato. ⁊ mūdat vlcera sordida. ⁊ ipsum cū [e] [oleo sambucino ⁊ ceroto] est medicamen scabiei vlcerose, ⁊ albaras, ⁊ morphee. Mēbra capitis. Alziniar assumptū cū sale ammoniaco. ⁊ alumine, ⁊ aceto cū teritur, ⁊ sufflatur in naribus, ⁊ implet os aqua, vt nō ꝑueniat ad guttur, ꝓhibet fetorē nariū, ⁊ vlcera mala in ipsis. ⁊ ziniar ferreū cuȝ aceto stringit gingiuas, ⁊ fit ex ipso ceratum ad apata gingiuaruȝ. ⁊ sil'r ziniar ereū. Mēbra oculi. Prohibet grossitudinē palpebrarum, ⁊ eaꝝ [f] [inflationē] ⁊ abstergit oculū. ⁊ ponit in medicinis vlceruȝ oculi, ⁊ ꝓuocat lachrymas valde. Cūqȝ ziniar administrat in alcofol. rectius est vt oculus vaporet spongia infusa in aqua calida. Mēbra expul. Ponitur in medicinis hemorroidarum, ⁊ fit ex ipso, ⁊ ammoniaco liciniuȝ, ⁊ adimplentur eo hemorroides.

c A. Alia litera accidat putredo dicta althecheregi.

d † A. aggregatur.

e A. glutine aliba ⁊ nitro.

f A. grossitiem.

g A. Zufara.

¶ De[g] [zufere.] Cap. DCCXLIX.

h A. dinaruie.

Zufere qd est. Arbor cuius granuȝ sil'e est alaniuden, que dicit albaze, ⁊ est similis rute ⁊ dr̄ [h] [dinarugina.] Nā. Calida est ⁊ sicca. Opō. ⁊ ꝓprie. Resoluit inflationeȝ. Mēbra expul. Radix eius, ⁊ semē in exiccatione spermatis, sunt similis virtutis cum ruta. Uenena. Confert puncture scorpionis bibita ⁊ linita.

i A. Zerindaracth.

¶ De[i] [zerideraet.] Cap. DCCL.

Zerideraet. Instr̄a iunctu. Confert sciatice. Mēbra expul. Aqua foliorꝫ ei⁹ cū rob ꝯfert difficultati vrine, ⁊ mēstruoꝝ, ⁊ exhibit [k] † [ ] sanguinē ꝯgelatū in vesica. Uenena. Cōfert morsui venenosoꝝ vermium.

k † A. fetum, ⁊.

l A. Zarur.

¶ De[l] [zarur.] Cap. DCCLI.

m A. hn̄s arilos triangulatos.

Zarur qd est. Alzarur alia est nota, ⁊ noīatur [m] [triangulus latinoruȝ.] ⁊ ex zarur est spēs quam noīant greci teselimon, ⁊ sentabinuȝ, ⁊ qn̄qȝ noīant eam malum siluestrem. Arbor. n. eius similis est arbori maloꝝ, ita ꝙ ēt in folijs suis, nisi q̄ minor, ⁊ est saporis pontici. Opō. ⁊ ꝓprie. Est stiptica, que est magis stiptica q̄ȝ algobera, vincēs choleram, ⁊ retinet cursus plus omni fructu. Mēbra capitis. Teselimon est faciens soda. Mēbra nu. Tesselimon est mala stomacho. Mēbra expulsionis. Stringit ⁊ [n] † [ ] retinet vrinā.

n A. non.

o A. Zedar.

¶ De[o] [zeduar.] Cap. DCCLII.

p A. algieduar.

Zeduar quid est. Inquit Di. Est [p] [algeduar] ꝺm ꝙ existimo.

q A. Zbere.

¶ De[q] [zabarat.] Cap. DCCLIII.

Zaharat qd est. Est planta, cuius vna spēs folia hȝ vt lēticula, ⁊ thyrsos erectos, ⁊ leuia folia, paruas radices. ⁊ nascitur in terra salita exposita soli, ⁊ in ipsius sapore est salsedo, ⁊ altera est similis camepitheos, ⁊ est melioris coloris ⁊ purpureitatis. [r] † [ ] Uulnera ⁊ vlcera. Est consolidatiua eorum. Membra capitis. Subtiliat superfluitates, ita ꝙ secunda cōfert epilepsie bibita cum oxymelle.

r † A. fetidi odoris.

s A. Zuan.

¶ De[s] [zinzania.] Cap. DCCLIIII.

t A. dicit alchenith.

Zinzania quid est. Dico ꝙ zinzania ab omnibus dicitur ꝺm duas res. vna earum est granum simile frumento, ex quo homines faciunt panem, ⁊ dicūt ꝙ zinzania [t] [est plurima.] ⁊ quidam alij noīant rem quandam inebriantem, malā, que in granis ꝓuenit. sed loqui de hoc est preter illud in quo sumus. Electio. Melior est illa que est leuis pōderis, non [u] [vetus] neqȝ frangibilis, sed est viscosa, cū masticatur, declinans ad rubedinem: ⁊ in ipsa est ponticitas parua.

v A. corrosa a vermibus.

x A. Suchar.

¶ De[x] [zuccaro.] Cap. DCCLV.

Zuccarum qd est. Arundo zuccari in natura zuccari existit ⁊ est vehementioris lenificationis q̄ȝ ipsum. Nā. Frigidius est tabarzed, ⁊ est subtilius. Et vl'r est calidum in fine ꝓrimi. Et antiquuȝ declinat ad siccitatē in primo, ⁊ est humidū in ipso. ⁊ q̄ȝto magis antiquatur, tanto plus exiccatur. Opō. ⁊ ꝓprie. Est lenificatiuuȝ, abstersiuū. lauatiuū. Et sulimenū est magis lenitiuum, ⁊ ꝓprie alfenid, imo mel arūdinis, ⁊ zuccaꝝ nō sunt inferiora melle in abstergēdo, ⁊ mūdificando, ⁊ q̄ȝto plus antiquat zuccarū, tanto fit subtili⁹. Mēbra oculi. Assumptū sicut gūma ab arundine, abstergit oculū. Mēbra anhe. ⁊ pe. Lenit pectus, ⁊ remouet ipsius asperitatē. Mēbra nu. Est bonum stō, in quo nō generatur cholera. Ipsuȝ. n. ledit, ꝓpea q̄ ad choleram ꝯuertit, ⁊ est apitiuum oppil'onū. ⁊ in ipso est virtus faciēs sitim, minoreȝ tn̄ sitim, quā facit mel, ꝓprie antiquū, ⁊ gn̄at antiquum sanguinē feculentum, ⁊ abstergit phlegma stomachi. ⁊ in arundine qdem zuccari est iuuamentum ad vomitū. Mēbra expul. Soluit, ⁊ ꝓprie illud qd̄ super arundinem inuenit, sicut sal, ⁊ sulimenum qdem, ⁊ rubeū vehemētioris sunt lenificationis, ⁊ qn̄qȝ inflat ⁊ qn̄qȝ sedat inflationē ⁊ ipsuȝ quidem cum oleo amigdalino confert colice.

y A. Suchar albasser.

¶ De[y] [zuccaro albusar.] Cap. DCCLVI.

z A. pacua.

Zuccarum albusar qd est. Manna cadens sup albusar, ⁊ est sicut frusta salis. ⁊ in ipso qdem est cū abstersione [z] [⁊ resolutione] ponticitas, ⁊ amaritudo, ⁊ de ipso aliud est iamenum, albū, ⁊ aliud est agizium ad nigredinē declinans. Opō. ⁊ ꝓprie. Est abstersiuū cū ponticitate in ipso. Mēbra oculi. Zuccarū albusar acuit visum. Mēbra anhe. ⁊ pecto. Cōfert pulmoni. Mēbra nu. Cōfert hydropisi cū lacte camele, nouiter fete. ⁊ non facit sitim sicut relique spēs zuccari: qm̄ eius dulcedo est parua, ⁊ est bonū stō, ⁊ epati. Mēbra expul. Cōfert renibus ⁊ vesice.

¶ Expletus est liber secūdus canonis quē princeps Auicenna de medicinis simplicibus edidit.

¶ Dictio prima de vniuersis egritudinibus capitis tertij libri canonis i medicina.

¶ Tractatus primus de anatomia cerebri ꝛ dispositionibus eius.

¶ De vtilitate capitis ꝛ partibus eius. Cap.I.

Nquit galienus. Intentio in creando caput non est cerebrũ: neqꝫ auditus: neqꝫ odoratus: neqꝫ gustus: neqꝫ tactus. Hec eniz mēbra, ꝛ ṽtutes in aialibus repiuntur capite carentibus. Sed intētio in ipso est bonitas dispōis oculi in a[ipsius cōuersione, q̄ ei creata est: vt oculus habeat eleuationez, ꝛ sublimationē] sup oia mēbra corpis in oibꝰ ptibus. Cōparatio nāqꝫ oculi ad corpus est ppinqua cōparationi speculatoris ad exercitũ. Et locoꝝ qdē, q speculatoribus est melior, ꝛ ꝯueniētior, locus est altus. Et iteꝝ oi oculo nō est necessariuz creare caput absolute: sed aiali lenez hñti oculũ, cuius oculus indiget multa cautela b[ꝛ loci affirmatione.] Nā pluribus aialibus capitibus priuatis duo sunt creata additamēta a corpe sublimata: sup q̄ oculi eoꝝ decēter ꝯstituti sunt: vt ipsoꝝ vnusqsqꝫ speculationē ꝛ sublimationē suo habeat visui. Amplius in c[ꝯuersioibꝰ] oculi ipsoꝝ nō est caput creare necessariũ, pp duritiem nucle ipsius. Et neqꝫ caput est necessarium creare, nisi aialibus quoꝝ oculi capacitate d†[ ] indigent. Et qbꝰ neruos aduenire necesse est: pp diuersitatē motuuz nucle ꝛ palpebraꝝ. nā hmōi non est ꝯueniēs e[mēbrum vnũ elongatũ gracile] ꝛ nos qdē pscrutabimur illud in caplo de oculo. Partes ṽo capitis essentiales, ꝛ que eas sequunt, sunt capilli, deinde cutis, postea caro, deinde pāniculus, postea craneũ, deinde panniculus durus, postea panniculus subtilis noiatus secundina: deinde cerebrũ. s. substantia eius, ꝛ ventres ipsius: ꝛ illud qđ in eis existit. postea duo panniculi sub eo: deinde rete: postea os quod est cerebri basis.

a A. ogōnibus suis.
Alia litera. ipsius, pspectiōe vel apprehēsiōe, pp quaz est ipse creatꝰ, ꝛ vt oculus hēat locum speculatiōi, seu pspectiōi pporzionatũ ꝛ sublimatum.

b A. seu custodia ꝛ loci tutela.

c A. operationibus oculi vel in pspectionibus.

d† A. ꝛ cooptura eos tuente.

e A. nervꝰ vnus elongatus gracilis.

¶ De anatomia cerebri. Cap.II.

Erebri autez hois anatomia est hec. Cerebruz. n. diuidit in sbam velatiuā, ꝛ sbam medullarez, ꝛ vētres in ipso, spũ plenos. Nerui ṽo sunt sicut virgulta ab eo pdeũtia: nō tñ sm q sunt ptes sbe ipsius pprie. Et totũ qdē cerebrum in sui lōgitudine mediationē hꝫ penetrantez in ipsius siphac, ꝛ medullaz eius, ꝛ eius vētres: pp illud qđ in parilitate de iuuamēto noto existit: et si sit parilitas in vētre anteriore solum sensui magis apparens. Cerebri vero suba creata est frigida ꝛ humida. frigida qdē ne ipꝫ inflāmaret multitudo, que ei aduenit ex fortitudinibus motuũ neruoꝝ, ꝛ passiōibus sensuũ, ꝛ motibus spũs in alteratiōibꝰ imaginatiuis, ꝛ cogitatiuis, ꝛ memorialibus: ꝛ vt eo tēpe spũs a corde egrediēs, ꝛ ad ipm penetrās in duabus venis ascendentibus ab eo ad ipsuz. Et humidũ qdē creatũ est, vt ipm motus nō exiccent: ꝛ vt eius figura sit bona. Et creatum est pingue ꝛ f[molle.] Eiꝰ aũt pinguedo est: vt sit qđ ex neruis oritur viscosuz: ꝛ lenitatis qdē cām dixit, G. in ipso existere, vt eius figura bona fiat ꝛ ipsiꝰ alteratio cũ imaginatiōibus. lene. n. alteratiōes facilius suscipit. hoc ergo est qđ ipse dixit. Dico aũt, creatũ est lene, vt sit pingue, ꝛ vt nutrimentũ qđ neruis gradatim tribuit duris, sit bonũ. nerui g†[ ] ēt ex cerebro nutriuntur ꝛ nucha. Amplius sba dura non h[augmētat] durũ q̄ztũ ipm i[augmētat] lene. Et vt in eo qđ ab ipso orit sit flexibilitas, cuꝫ q̄dā ab eo orientia indurari apud suas extremitates sit necesse: pp illud qđ rememoraturi sumus de neruorũ iuuamētis: ꝛ ppea q istis nascētibus k†[ ] indurari necessariũ est scđm gradus. Et qꝛ ipsoꝝ durities est durities flexuosa, opꝫ vt sba originis eius sit sba flexuosa, ꝛ pinguis. pingue enim l[ꝛ] viscosum, lene est pculdubio: ꝛ ēt vt spũs q ipm circundat, ꝛ q motus velocitate indiget, sit humiditate sustentatus: ꝛ rursuꝫ vt ipsius raritate alleuiet. qđ. n. in mēbris duruꝫ est grauius est leni humido raro.

Uerũtñ cerebri sba ēt in lenitate ꝛ duritie inequalis existit. nā ps eius anterior est lenior: ꝛ ipsius ps posterior est durior: ꝛ iter duas ptes m[gradibus] velaminis duri, cuius rememorabit n[in ipso] in sequētibus, distinctũ est. Anterius aũt cerebrũ nō est factũ lene, nisi qm̃ plurimũ neruoꝝ sensus, ꝛ pprie q sunt visus, ꝛ auditus, orit ex eo. Sensus. n. speculator ē. o†[ ] ꝛ speculatoris inclinatio ad ptē anteriorez est dignior. Et plurimũ neruoꝝ motus orit ex postremo ipsius, ꝛ ex ipso oritur nucha, q̄ est eius nũtius, ꝛ vicarius in p[cursu] dorsi, ꝛ vbi necessariũ est ex ipsa oriri neruos fortes. Nerui aũt motus indigēt duritie supflua, q̄ nō indigēt nerui sensus. Sed lenitas est eis ꝯueniētior. q[Eis igit origo facta est durior. Uelamē aũt in ipso nō gradatim existit, nisi vt sit dr̃ia, ꝛ dr̃ vt sit lene sepatũ a ꝯtactu duri: ꝛ manifestũ qdē est q in ipso multũ accidit. pp hāc ṽo reflexionē sunt] ēt iuuamenta alia: Nā vene ad cerebrũ descēdētes, ꝛ in ipso diuise aliquo egēt cui innitant: ꝛ eas fortes faciat. Posita est ergo reflexio hec substētaculũ eaꝝ. Et sub postremo qdē huius reflexiōis, ꝛ in posterioribus eius est r[torcular] qđ est sanguinis effusio in amplitudine q̄dā q̄ est sicut lacuna: ꝛ ex ipsa qdeꝫ s[in ea] ramificant vene in qbus sepat sanguis. t[ꝛ] cerebri sbe assimilat: deinde vene suis orifitijs sugendo eā exiccāt: ꝛ ad duas venas u[ipaꝫ ꝯiũgũt] sicut rememoraturi sumꝰ in illius anatomia. Et ex hac qdē reflexiōe puenit iuuamētũ ad h̃ vt ligamētoꝝ velaminis x[adherētis cerebro fit origo in eqdistantia cōmissure cranei q̄ est corā ipo.] In anteriore p̄terea cerebro oriunt duo additamēta mammillaria qbꝰ fit odoratus: q̄ qdeꝫ a lenitate cerebri parũp differũt y[sed postea ꝯseqt ea neruoꝝ] durities. Amplius totũ cerebrũ duobꝰ coopit pāniculis: quoꝝ vnus subtilis seqtur ipm, ꝛ alter spissus seqtur os: qui qdē duo creati sunt: vt sint duo distinguentia inter cerebrũ, ꝛ os: ꝛ vt cerebrũ sbam ossis nō ꝯtingat, ꝛ ne ad ipm ex osse nocumēta pueniāt. hic aũt tactus nō accidit, nisi in dispōnibꝰ additiōis cerebri in sba sua: aut in dilatatiōe, q̄ ei accidit successiōe ꝯstrictionis. Cerebruꝫ p̄terea qñqꝫ eleuat ad craneũ, cũ quedaꝫ adsunt dispōnes: sicut voces fortes. ergo pp hmōi iuuamēta inter cerebruꝫ ꝛ os cranei, duo ponunt distinguentia media inter ea in lenitate, ꝛ in duritie: ꝛ duo qdem ponunt, ne fit il-

f A. lene.

g† A. enim.

h A. restaurat.

i A. restaurat.

k† A. ab eo.

l —— A.

m A. gradatiōe.

n —— A.

o A. Alia litera corporis.

p A. meatu.

q A. quare facta est origo. s. neruoꝝ motus durior. Gradatio aũt velaminis i ipso nō existit nisi vt sit distinguēs, ꝛ dr̃ vt sit lene sepatũ a cōtactu duri, ꝛ lene valde ē illud in quo pfundatur, ꝛ huic qdeꝫ reflexiōi insunt.

r A. almassara.

s —— A.

t A. qui.

v A. aggregantur.

x A. Alia litera duri cerebri sit origo in opposito ꝯmissure cranei q̄ ei vicinat.

y A. ꝛ nō peruenit eis.

lud cuius obuiatio ossi nõ est bona absq3 medio, illud idẽ cuius obuiatio cerebro est bona absq3 medio[a] ⌈ sed distinctũ est inter ea: est ergo cerebro propinquus subtilis, ⁊ ossi ꝓpinquus est spissus: ⁊ cũ3 hoc sunt sicut tutamẽ vnũ. hic aũt panniculus ꝑter qđ est cerebri tutamen, est ⌋ ligamentũ venarum q̃ sunt in cerebro quietarum, ⁊ pulsatiliu3. Et est sicut secũdina seruans situm venaꝝ in ipso textaꝝ. Qua propter ingreditur ẽt cerebri sb̃am in locis multis [b] ⌈ cõmissurarũ ⌋ eius: ⁊ tendit ad ventres ipsius: ⁊ [c] ⌈ peruenit apud postremũ sectu3 ⌋ ꝓpea q̄ nõ eget eo ꝓpter sui duritiẽ, pãniculus ꝟo spissus cerebro nõ heret: neq3 subtili: ita vt in oĩ loco sit decẽter [d] ⌈ situs ⌋ super ip3: sed est ab eo eleuatus: ⁊ inter ipsos qdem non ꝯtinuant nisi vene penetrantes in spisso ⁊ peruenientes ad subtilẽ. Spissus aũt [e] ⌈ vadit ⌋ ad craneũ cũ ligamẽtis pannicularibus ortis a spisso, stringẽtibus ipsum ad cõmissuras, ne sup cerebru3 vehemẽter grauet: ⁊ hec qdẽ ligamẽta ex cõmissuris eleuant̃ vsq3 ad exteriora cranei: ⁊ oriunt̃ illic, ita vt ex eis texat̃ pãniculus craneũ cooperiens: ⁊ ꝑ illud affirmat̃ ligamẽtũ pãniculi spissi ẽt cũ craneo. Cerebru3 ꝑterea in longitudine sua tres habet ventres [f] ⌈ ⁊ sic ⌋ vnusq̃sq3 venter in sui latitudine duas h3 ꝑtes. Et anterior qdẽ3 ps sensibilis est separationis in duas partes dextrã ⁊ sinistrã. ⁊ hec pars iuuat ad [g] ⌈ odoratũ ⌋ ⁊ ad expulsionẽ supfluitatum cũ sternutatione, ⁊ ad partiendu3 plĩm spũs sensibilis: ⁊ ad operationes virtutũ formatiuarũ q̃ sunt de virtutibus apprehensionis interioris. Uenter aũt postremus est ẽt magn⁹ qm̃ ipse implet magni mẽbri vacuitatem: ⁊ qm̃ est principium magne rei. s. nuche, ⁊ ex eo partitur plurimũ spũs motiui. ⁊ illic quidẽ sunt virtutis seruatiue operatiões, sed tñ est minor anteriore: imo cuiusq3 duoꝝ ventrium anterioris: ⁊ cũ hoc minorat̃ gradatim vsq3 ad nucham: ⁊ inspissat̃ vsq3 ad duritiẽ. Medius aũt vẽter est sicut trãsitus a parte anteriore ad parte3 posteriore3 ⁊ est sicut [h] ⌈ deilix situs inter eos ⌋ ⁊ ipse qdem propter illud [i] † ⌈ ⌋ magnificatur, ⁊ elongatur: qm̃ est [k] ⌈ reddens ⌋ de magno ad magnu3: ⁊ per ipsum ꝯtinuatur spũs anterior cũ spiritu posteriore, ⁊ [l] ⌈ peruenit ad amplitudinẽ curuitatum memoralium predictaꝝ. ⁊ principiũ huius vẽtris primum cooperit̃: ita q̄ vr̃ illud qđ est interius, sicut spericũ ⁊ per id qdẽ eleuat̃ ⌋ vt sit transitus: ⁊ cu3 h̃ elongatur rotunditate sua a nocumẽtis: ⁊ sit fortis ad tolerandũ qđ sup eũ sustentat̃ de velamine [m] ⌈ qđ est scđ3 gradus ⌋ ⁊ illic ꝯiũgunt̃ duo vẽtres cerebri anteriores [n] ⌈ ita q̄ sepant̃ a posteriore in hoc transitu. ⌋ ⁊ ille qdẽ locus noiat̃ ꝯiũctio duoꝝ ventriũ: ⁊ hic idẽ transitus est venter. Et qm̃ est trãsitus deferens a formatione ad seruationẽ, est melior locus cogitationi, ⁊ imaginationi, ꝺm q̄ sciuisti. Qđ aũt ventres isti sint loca earũ operationũ: significat̃ ex nocumẽtis q̃ accidũt eis: destruit̃. n. cũ nocumento cuiusq3 partis eius opatio: aut igredit̃ in ipsa lesio. [o] ⌈ Et pãniculi subtilis pars cooperit̃: ⁊ coopit ventres cerebri vsq3 ad cambaduti: vel occiput silr̃ q̄ est tunica ⌋ duritiès ꝟo eius qđ est post illud sufficit ipsi loco cooperture velaminis. [p] ⌈ Cõmissuratio aũt q̃ ꝯsistit in vẽtribus cerebri est ⌋ vt spũs aĩalis in sb̃a cerebri transitum habeat: sicut in ventres eius cum nõ omni hora sit venter dilatatus, ⁊ apertus, [q] ⌈ ⁊ spũs aĩalis sit paucus vbi vel inq̃3tu3 ventres tantũmodo aperiunt̃. ⌋ Et etia3 q2 spũs alteratio [r] ⌈ parum ⌋ cõpletur a cõplexiõe que est cordis vsq3 ad cõplexione3 que est cerebri, nisi in ipso fiat eius decoctio assumpta ex eius complexione. ⁊ est, q2 in ꝑmis cũ ad cerebrũ ꝑuenit vadit ad [s] ⌈ vacuitatẽ ei⁹ primã: vt in ipsa coquatur ⌋ deinde penetrat ad ventrem mediũ: ⁊ augmẽtatur in ipso decoctio: postea cõpletur eius decoctio in ventre posteriore. Decoctio ꝟo optima fieri nõ põt nisi per ꝯiunctionẽ ⁊ cõmistiõem ⁊ penetrationẽ in partibus [t] ⌈ cocti ⌋ sicut est dispositio cibi in epate ꝺ3 q̄ narraturi sumus in his que expectamus. [u] ⌈ Cõmissura aũt anterioris plura h3 singularia q̃3 cõmissura posterioris: qm̃ ꝓportio cõmissure ad cõmissuram ⌋ est sicut ꝓportio mẽbri ad mẽbrũ fere. ⁊ cã qdẽ minorationis posterioris ab anteriore inuenit̃ in [x] ⌈ cõmissura. ⌋ Et inter hunc ventrẽ ⁊ ventrẽ posteriorem sub eis est locus, qui est partitio duarũ venarum magnaru3 ad cerebrũ ascendentiũ: quarũ rememoraturi sumus in ramis ipsaꝝ, ex qb⁹ texit̃ secũdina sub cerebro, ⁊ illi qdẽ rami [y] ⌈ imisti ⌋ sunt corpori de gñe glãdularum implenti qđ est inter eos, ⁊ sustinet eos, sicut est dispositio in reliqs [z] ⌈ partibus ⌋ venosis. vacuitatis. n. q̃ inter eas cadit eadẽ ꝓprietas est, vt etia3 impleat̃ carne glandosa: ⁊ iste qdẽ glandule figura ramoꝝ ꝑdictoꝝ figurant̃ ꝺm formã partitionis narrate. Queãdmodu3. n. rami: aut partitio rememorata a stricto incipiunt: ⁊ in ampliũ finiuntur facientes dilatatione3: silr̃ caput huius glãdule [⁊] ⌈ factum est pinealis forme, cuius caput est sequẽs initium partitiõis desup: ⁊ incedit cũ eo tendens versus finẽ eius vsq3 ad cõplementũ suspẽsionis ramorum: ⁊ est illic cõtextũ ꝺm silitudinẽ texture secũdine: ⁊ requiescit in ipso, ⁊ pars cerebri cõprehendentis sup hunc ventrẽ mediũ est cõitas eius, ⁊ ipsius partes q̃ sunt desuper, sunt vermicularis forme, cõmissurate ex cõmissuris positis in lõgitudine sui, ligate ad inuicẽ: vt possit extendi, ⁊ ꝯhi, sicut vermis reuolutus, ⁊ supius eius interius coopertũ est panniculo, qui cooperit cerebrũ vsq3 ad posteriore3: ⁊ est cõpositum cũ duobus additamẽtis cerebri rotũdis cõprehensis longitudine, sicut due coxe vicine ad ꝯtactum, ⁊ elongate ad separandũ, ligamentis, que noiant̃ corde, vt ab eis non remoueant̃: vt cu3 vermis extenditur, ⁊ eius latitudo ꝯstringit̃, cõprimat hec duo additamenta vsq3 ad ꝯiunctionem, et oppiletur meatus: ⁊ cum contrahitur ad exprimẽdum, ⁊ augmentatur latitudo, elongetur ad separandum, ⁊ aperiatur meatus. Qđ aũt de eo sequit̃ posterius cerebrũ, est minus: ⁊ peruenit ad aliquãtulã vacuitatẽ, ⁊ sistitur in posteriore cerebro: sicut ex eo intrans in introitu, ⁊ eius qdem anterius est latius ipsius posteriore, ꝺm formam quã cerebru3 tolerat. duo vero predicta additamenta nominant̃ vualia. ⁊ in ipsis quidem nunq̃3 cõmissure fiũt ⌋ sed lenia, vt ipsoꝝ constrictio ⁊ cooperimentũ sint fortiora: ⁊ vt ipsoꝝ obedientia ad motiõem ꝓpter motum alterius rei sit magis similis obedientie rei ipsius vnius. Expulsio preterea superfluitatum cerebri duos habet meatus, quoꝝ vnus est in ventre anteriore, ⁊ apud terminũ cõem, qui est inter ipsu3 ⁊ illu3 qui est post eum: ⁊ alter est in ventre medio.

a A. imo distictõ seu dĩa est iter ea ambo. Nã illud qđ ex eis est cerebro ꝓpiquũ est subtile, ⁊ qđ est ꝓpinquũ ossi est spissum, ⁊ ambo simul sũt sic tutamẽ vnũ. Et isti qdẽ panniculi cum hoc q̄ sunt cerebri tutamen sunt ẽt. Alia litera. ⁊ sunt coadunati sicut tutamen vnũ. Hic autẽ3 paniculus.

b A. anfractuũ.

c A. finitur absci sus seu terminãtus apud postremum cerebri.

d A. situatus.

e A. ligatur.

f A. quãuis.

g A. attractionẽ aeris.

h A. obelizi medareb. i. sic spatiũ intermediãs in quo frequẽs fit itineratio seu trãsit⁹ inter eos ambos.

i † A. q̃nq3.

k A. deferens.

l A. ꝑueniũt ẽt spẽs sensate ⁊ cooꝑit̃ principiu3 hui⁹ vẽtris medij cũ cooꝑimẽto spũco interi⁹, sicut cuba ⁊ cu3 ea diiat̃.

m A. gradato vl̃ reflexo.

n A. ꝯiunctione gradata vel ꝯiũctione ꝑducẽte ad posteriorẽ in hoc trãsitu, vel ꝺm aliã lr̃a3, ex hoc transitu.

o A. ⁊ paniculus subtilis penetrat vel ꝓfũdat̃ interi⁹ ꝺm ꝑtem eius, ⁊ cooperit ventres cerebri vsq3 ad alfegiue qđ est apud althach vl̃ ꝺ3 aliã lr̃am vsq3 ad camhaduti. i. vsq3 ad ꝑtẽ q̃ ẽ apud occiput.

p A. Anfractus autẽ q existũt in ventrib⁹ cerebri sunt.

q A. spiritus sint paucí ꝺm capacitatem ventriũ solummodo.

r A. non.

s A. ventre3 eius primũ, ⁊ decoquatur in eo.

t A. decoquẽtis.

v A. Anfractus aũt vnusq̃sq3 anterioris maior ẽ q̃3 anfractus posterioris, qm̃ ꝓportio anfract⁹ ad anfractum.

x A. anfractu.

y A. apodiati vl̃ adherentes.

z A. partitiõib⁹ seu ramificationibus.

⁊ A. vel ꝺm aliã lr̃am hāꝝ glandulaꝝ formã pinealẽ hñtiũ sequtur initiũ ꝑtitionis desup, vl̃ vicinat̃ ꝑncipio ꝑtitiõis desup, ⁊ incedit versus finẽ3 eius vsq3 ad cõplementũ descẽsiõis ramoꝝ, ⁊ est illic ꝯtextio ramoꝝ ꝑdictoꝝ ꝺm silitudinem texture secũdie, ⁊ regescit seu firmat̃ in ipso. Et ps cerebri ꝯprehensa vel cõtẽta sup hoc ventre medio ꝺm plurimum eius ⁊ ꝺm ꝑtes eius q̃ sunt desup est vermicularis figure, hñs anfract⁹ ex anfractibus positis vel situatis in longitudine, colligatis adinuicem vt possit extendi, ⁊ cõtrahi sicut vermis. Et vẽter q ẽ sub ꝑ ipsa3 coopt⁹ ẽ cu3 paniculo, q penetrat cerebꝝ interius vsq3 ad terminu3 posterioris. Et est eq tãs sup duo additamenta cerebri rotunda sta ture longe sicut due coxe vicine ad cõtactum, ⁊ elõgate versus sepationẽ, colligate cum ligamẽtis que nominant̃ corde, vt ab eis nõ remoueantur. vt cu3 vermis extẽditur ⁊ eius longitudo augetur ⁊ eius latitudo cõstringit̃ cõprimat hec duo additamẽta ad ꝯiunctionẽ, ⁊ oppilet̃ meatus. Et qñ contrahit̃ ad curtitatẽ, ⁊ augmentat̃ latitudo, elõgat seu distrahit illa ad separationẽ ⁊ aperit̃ meatus. Illud aũt qđ de eo vicinat̃ posteriori cerebro est min⁹ seu strictius, ⁊ declinat ad gibositatẽ aliquã, ⁊ sistit̃ seu ingreditur in posteriore cerebro, sicut aliqđ eius intrãs in introitu seu in foramine. Et eius qdẽ anteri⁹ ẽ lati⁹ q̃3 sit posteri⁹ ipsi⁹ ꝺm formã quã cerebrũ tollerat. Duo ꝟo ꝑdicta additamẽta noiant̃ vulia vel duo coxe, ⁊ i istis ambob⁹ nõ sunt anfract⁹ oino.

Posterior vero vẽter meatum singularem non habet: ꝛ illud est ideo, quoniaȝ in postremo posit⁹ est: ꝛ etiam est paruus cõparatione sui ad anteriorem, non tolerans foramina, ꝛ [a]⌈ inuersationeȝ. medius vero meatũ habet cõeȝ inter ipsum ꝛ se ⌋ ꝛ hoc proprie. Nuche [b]⌈ quoqȝ duo facti sunt exit⁹ ꝑ quos ⌋ quedã eius superfluitates resoluũtur ꝛ expellunt. †⌈ ⌋ ꝛ isti duo meat⁹, cũ incipiũt ex duobus vẽtrib⁹, ꝛ penetrant ẽt in ip̃ȝ cerebrũ, trãsuersantur versus obuiationẽ apud transitũ vnũ ꝓfundum, cuius principiũ est velamẽ subtile, ꝛ eius postremum ꝛ inferius: est apud velamẽ durum, ꝛ est strictuȝ [c]⌈ sicut caput rose ⌋ incipiens ab amplo rotundo vsqȝ ad strictũ perueniens: quapropter noĩatur [d]⌈ caput rose ⌋ ꝛ nominatur etiã infusoriũ. Cũ ergo penetrat in panniculuȝ duꝝ obuiat illic meatui in glandula, quasi spera compressa a duobus lateribus, oppositis superius ꝛ inferius: ꝛ sunt inter panniculum durum, ꝛ meatum palati. deinde reperitur illic transitus qui est in concauitatibus colatorij in supremo palati.

[a] A. sufficit ei ꝛ medio meatus cõis eis ãbob⁹.
[b] A. iaȝ fact⁹ est exitus ꝑ quem.
† A. ex ꝑte ei⁹.
[c] A. qm̃ est sicut alchamha.
[d] A. alchamha.

Sermo vniuersalis de egritudinibus capitis ꝛ facientibus egritudines in ipso. Cap. III.

Oportet te scire ꝙ egritudines numerate oẽs accidunt capiti. Verũtamen nostra intentio hic, cũ dicimus caput est cerebruȝ, ꝛ ipsius velamina: ad capilloꝝ vero egritudines hic nõ declinamus in hac hora. Dicemus ergo ꝙ cerebro accidũt species malitie cõplexionis octo. s. singulares, ꝛ [e]⌈ cõposite ⌋ facte cuȝ materia, aut vaporosa, aut habẽte substantiã: ꝛ multiplicantur in ipso egritudines humiditatis. In omni enim cerebro in principio creationis humiditates superflue existunt, [f]⌈ aut ex eo qđ acqsiuit a matrice: aut postea: quas mundare necesse est. Nã si purgate nõ sunt, magnificatur inde res, ꝛ est tota ⌋ aut in corpore cerebri: aut in venis eius: aut in velaminibus ipsius. Et accidũt ei egritudines cõpositionis: aut in quantitate: sicut si sit minus q̃ȝ oportet, vel maius, aut in figura, sicut si sit eius figura mutata a cursu naturali: ꝛ accidat inde lesio in operatiõibus suis: aut canales, siue meatus ipsius, ꝛ vasa sint oppilata: ꝛ oppilatio fit, aut in ventre anteriore: aut in vẽtre posteriore: aut in vtrisqȝ ventribus simul, diminuta, aut integra: aut in venis: aut in arterijs: aut in origibus neruoꝝ: aut dislocentur ligamenta velaminuȝ eius: aut cadat separatio inter [g]⌈ velamina ⌋ ipsius. Et accidunt egritudines ei [h]⌈ cõtinuitatis ꝓpter resolutioneȝ ⌋ singularis in ipso: aut in arterijs: aut in venis ipsius: aut in velaminibus ei⁹: aut in craneo. Et accidũt ei apostemata: aut in substãtia ipsius cerebri: aut in panniculo eius subtili [i]⌈ ꝛ ⌋ spisso: aut in reti: aut in panniculo extrinseco: ꝛ totum hoc a materia vnius humoꝝ calidi: aut frigidi: ꝛ ex frigidis quidẽ putrefactis cõsequunt̃ apãta calida, ꝛ frigidi, ꝛ quieti faciunt apãta: que nominari opȝ frigida. Et tu quidẽ non reperies aliquam egritudinem cerebri: nisi redeuntẽ ad istas: aut contingentem ex istis. Egritudines preterea cerebri alie sunt proprie ipsius: aut fiunt ꝓpter cõmunitatem: ꝛ quandoqȝ magnificatur res in egritudinibus cõmunitatis in ipso adeo, vt fiãt egritudines ꝓprie pernitiose: multotiens enim expellunt̃ ad ipsum in egritudinibus pleuresis, ꝛ sinãtie, materie prefocantes, ꝛ pernecãtes: ꝛ sepe peruenit ipsum ad apoplexiam pernitiosam ꝓpter nocumentum aliud in mẽbro cõmunicante.

[e] —— A.
[f] A. q̃s mũdificare est necesse, aut in matrice, aut post ipsam. Nã si nõ mũdificant̃, tũc magnificatur inde res timorosa, ꝛ totũ hoc.
[g] A. partes.
[h] A. solũonis cõtinuitatis ꝑꝑ solutionem.
[i] A. aut.

De significationibus ex quibus oportet cognoscere dispositiones cerebri. Cap. IIII.

Principia ex quibus peruenis ad cognitionẽ dispositionum cerebri sunt ex operatiõibus [k]⌈ sensibilibus ⌋ ꝛ moralibus. s. memoria ꝛ cogitatione: ꝛ formatione ꝛ virtute [l]⌈ mentis, ꝛ perscrutatione: ꝛ opationibus mobilibus ⌋ ꝛ sunt operationes virtutis mouentis mẽbra mediantibus lacertis: ꝛ ex qualitate superfluitatum euacuatarum ab eo, in substantia sui, ꝛ colore, ꝛ gustu. s. acuitate sua ꝛ salsedine ꝛ amaritudine ꝛ insipiditate: ꝛ ex quantitate ipsarum in paruitate, ꝛ multitudine [m]⌈ ꝛ fluxibilitate sua ⌋ ꝛ ex ipsaruȝ retentione omnino. Et ex hoc ꝙ aeres, ꝛ cibi ei conueniunt, ꝛ diuersificantur ei, ꝛ nocent ipsi. Et ex magnitudine capitis: ꝛ ex paruitate eius: ꝛ ex bonitate figure eius predicte in. c. de ossibus. ꝛ malitia ipsi⁹: ꝛ ex grauitate capitis, ꝛ leuitate ei⁹. Et ex dispositione tactus capitis. ꝛ ex dispositione coloris eius, ꝛ coloris venarum ipsius. Et ex vlceribus: ꝛ ex apostematibus que in cute eius accidunt. Et ex dispositione coloris oculorum: ꝛ venarum ipsorum: ꝛ sanitatis ꝛ egritudinis eoruȝ, ꝛ tactus ipsorum proprie: ꝛ ex dispositione somni, ꝛ vigiliarum. Et ex dispositione capillorum in quãtitate sua. s. paucitate ꝛ multitudine: ꝛ grossitie ꝛ subtilitate: ꝛ qualitate. s. figura ipsorum in crispitudine, ꝛ planitie: ꝛ colore eorum in nigredine ꝛ [n]⌈ albedine ꝛ castaneitate ⌋ ꝛ velocitate susceptionis caniciei, ꝛ tarditate: ꝛ in perseuerantia secũdum dispositionem sanitatis: aut remotionem ab ea cum scisione ipsoruȝ: aut casu: aut depilatione, ꝛ reliquis dispositionibus ipsorũ. Et ex dispositione colli in crossitudine, ꝛ subtilitate sua, ꝛ sanitate ipsius, ꝛ multitudine casus apostematum, ꝛ scrofularum in ipso, ꝛ paucitate ipsorum. Et similiter ex dispositione vue, ꝛ duarum amigdalarum, ꝛ dentium. Et ex dispositione virtutum, ꝛ operationum in membris neruosis communicantibus cerebro, que sunt sicut matrix, ꝛ stomachus, ꝛ vesica. Significatio autẽ secundum cõmunitatem est secundũ duos modos. vnus eorum est ex dispositione membri cõmunicãtis cerebro [o]⌈ in eo ⌋ qđ accidit cerebro. ꝛ secundus est ex dispositione membri cuius communicatione cerebrum infirmatur: ꝛ inquiritur quod membruȝ sit, ꝛ quid sit in ipso, ꝛ quomodo peruenit ad cerebrum. Et ex istis quidem significationibus significantur dispositiones que sunt presentes: ꝛ ille que sunt future, ꝛ nondum sunt presentes: sicut ex lõgitudine tristitie ꝛ [p]⌈ horribilitatis ⌋ significant̃ melãcolia [q]⌈ ꝛ almutil ꝛ alcutub euenientes ex ꝓrimo ⌋ ꝛ ex ira que intentionem non habet, epilepsia: aut melãcholia: aut mania: ꝛ ex risu absqȝ causa. [r]⌈ cõgelatio ⌋ aut amentia. [s]†⌈ ⌋

[k] A. sensitiuis.
[l] A. existimatiua, ꝛ pscrutatiua, seu bñ iudicatiua, ꝛ operatiõib⁹ motiuis.
[m] —— A.
[n] A. ruffedine ꝛ citrinitate ad albedinem declinanti.
[o] A. Alia litera super illud.
[p] A. ꝛ timoris ꝺ aliq̊ futuro malo.
[q] A. almethal. i. futura ex ꝓrio ꝛ alchatrab eueniens in tꝑe ꝓrimo.
[r] A. hamach et rhaune. i. diminutio rationis.
[s]† A. De q̃litate signãtiõis harũ signãtiõuȝ suꝑ dispõnẽ cerebri, ꝛ disiõe istorũ môꝝ numeratoꝝ, quousqȝ ꝑueniat̃ ad finem diuisiõis ꝭȝ istã declarationem.

De significationibus vniuersalibus operationuȝ cerebri. Cap. V.

Significatio quidem assumpta ex gñe operationũ cuȝ sunt sane adiuuat ad significandum cerebri salutem. Et si sunt lese significant lesionem in ipso: lesiones autem operatiõum queãdmodũ exposuimus sunt tres que sunt debilitas. ꝛ mutatio ꝛ permutatio deinde destructio. Et sermo quideȝ vl̃is in significationibus operationum est ꝙ ipsarum diminutio, ꝛ

destructio fiunt pp frigus, ⁊ grossitiem spũs ex humiditate,[a] †⌈ ⌋⁊ nõ fiũt ex caliditate nisi magnificet ⁊ pueniat ad hoc vt deijciat virtutem, permutatio autẽ ⁊ que motui comparantur fiunt ex caliditate, ⁊ fiunt ex siccitate.

¶ De significatiõibus sumptis ex opationibus aĩalibus ab aĩa [b]⌈sensibilibus⌋⁊ moralib⁹ ⁊ motiuis, ⁊ somnijs, q̃ ptinent in summa moraliũ. Cap.VI.

cōmunitatem cruris, ⁊ habens eam sentit quasi aliquid eleuetur ex crure suo, oportet vt si illic sit repletio manifesta, phlebotometur saphena: aut ventosentur crura, ⁊ purget eius corpus cū stomatichō. Et si non fuerit ibi repletio manifesta, stringantur duo crura vsq₃ ad inguina: ⁊ fiat fricatio in pedib⁹ eius cum sale, ⁊ oleo de keiri. Et si scitur locus ex quo incipit, cauterizetur, ⁊ administret sup ipsum medicamen vlceratiuū vt vlceret ⁊ aperiat. Cura 2o speciei facte causa vapoꝝ ascendentium ex mēbris corpis ad caput, si causa fuerint vapores ascēdentes, est vt sumant ante periodū fructus: q si nō fuerint presentes aqua frigida, quāuis sit ieiunus: ⁊ de fructibus ꝯuenientiora sunt cydonia. Et coriādrum est ex eis que in ipsa iuuant: ⁊ est ex eis que prohibent eleuationē vapoꝝ. Et similiter est dispositio eius que sit ꝑpter cōmunitatē epatis. Et iuuāt ad illud proprie diuretica, ⁊ emplastratio epatis ex emplastris que materiā retinent. Cura autez speciei facte [a] ⌈ ꝑpter cōmunitatē, cuius causa est debilitas stomachi, ⌋ ⁊ ꝑprie debilitas oris eius: ita vt suscipiat materias, ⁊ corrūpantur in ipso chimi: et illud ꝟm plurimū non excitatur nisi ꝟm vacuitatez, est vt deglutiat buccellas infusas in aqua acreste, ⁊ aqua vtriusq₃ granati, ⁊ que illis sūt similia: aut in rob fructuuz stipticoꝝ boni odoris: ⁊ vt sorbeat sorbitiones panis, aut farine tritici [b] ⌈ torrefacte ⌋ cuz aliquo qđ sit sicut granū granati, ⁊ similia. Quum eni hec multiplicantur ꝯfortatur os stomachi [c] ⌈ ad hoc vt faciat illud. ⌋ Quūq₃ nauseā iuenit eger euomat cholerā effusaz, ⁊ quiescet. Et si stomachus cū hoc fuerit frigidus administrentur [d] ⌈ hec seminata cum alefaniati boni odoris acutis, vt ⌋ fiat ei iuleb cum alefeniati, ⁊ intingat buccellas in eo qđ inde factum est ei. Et si acetositas ⁊ mordicatio non ꝯueniunt ei, ⁊ excitant ipsius nocumentū sit contentus buccellis in iuleb, aut puro: aut cum alefeniati ꝟm q eius est necessitas. Et hic homo multū iuuatur. Si [e] ⌈ aūt soda incipiat ⁊ deglutiat buccellas: aut ⌋ sorbeat sorbitionē. Et quuz sentit descēsionem sui cibi, ⁊ digestionē eius, sumat aliquid de illis in quibus est stipticitas, sicut sunt buccelle panis in rob fructuū, aut ipsos fructus, aut panē cum [f] ⌈ capparibus, ⌋ aut oliuis. In ea autē que fit causa humoꝝ in ipso, primuz qđ oportet, est vt incipiat cum purgatione, ⁊ post illud ⁊ cuz ea, vt nutriatur cibis subtilibus facilis digestionis laudabilibus boni chimi: deinde declinet cum qualitate sua ad illud, quod est necessariū: ⁊ sint cum hoc in eis resolutio, ⁊ digestio, ⁊ solutio. Et si non inueniunt laus, ⁊ generatio sāguinis boni cōpares generi alteri, eligat laudem ⁊ generationē boni sanguinis pre illis. Et melius illo est, vt sit post introitū balnei. Et istis quidem necessariū est vt desiccentur [g] ⌈ eoꝝ humiditates, ⁊ ⌋ ipsoꝝ vapores. Et si humores sunt cholici cura cū eo, qđ te docui in canone cū curis, ꝯfortādo cerebrū cum oleo roſ. aut cū oleo myrtino. Si aūt humores sunt phlegmatici frigidi, in qbus excitātur vētositates fortes, tunc administra vomitus q sunt fortiores, ⁊ subtiliantia: ⁊ si non remouet, hieras magnas cū decoctione epithymi. Et ad illud quidē iuuat incisio duaꝝ arteriaꝝ tēporis: aut duo cauteria lenia super tēpora: ita vt non aduratur caput, [h] ⌈ et ⌋ fit strictio super duas arterias. Et arterie quidē multotiens extrahuntur, aut inciduntur, ⁊ cauterizantur. Et cōueniens cauterizatio est, vt arteria discooperiatur, ⁊ cauterizetur ipsa arteria, ita vt vestigium eius non cadat super cutē. Et cauteria quidem sunt, sicut acus ignite. verūtamē quātum possibile est vitetur: ⁊ maxime in estate vitet. Et oportet vt eius cibus sit sorbitiones, ⁊ non masticet aliqd vsq₃ ad decē dies. Et sit hora comestionis eius in estate, frigida. Et oportet etiā vt nō multiplicet sermones. Et similiter vt stiptica super arterias adhereant, cum qbus misceantur sarcocolla, ⁊ crocus. Et nos narrabimus illud in antidotario.

Et quandoq₃ ponit sup eas plūbum, ⁊ stringitur cum vitta, vt non pulsent, ⁊ faciant dolorē: ⁊ similiter lignuz. Cauterizatio autē fortis que in istis dicta est, est vt tria ponantur sup medium capitis, et duo sup duo tēpora, ⁊ vnum sup nucham apud posteriorē partem capitis. Et oportet vt alienet vinū ꝟm omnē dispositionē. Si autē causa est vapores ascēdentes ex stomacho: tunc est cura ꝟm oia que precepimus in cura sode facte ex vaporibus ascendētibus ad cerebrum ex mēbris alijs: ⁊ huius qdē gūis est cura sode que excitatur potu aque: hoc eni etiam fit propter debilitatē stomachi. Et melior cura eius est, vt habēs eam potet parū vini odoriferi, ⁊ cōmisceat cum eo aquā suam quā bibit: ⁊ vt non impediat [i] ⌈ os stomachi. ⌋ In regimine 2o eius q̄ fit cōmunitate renū, ⁊ mirac, ⁊ matricis, ⁊ reliquoruz, sufficit que premissimus in ꝑncipio vniuersaliū ⁊ de soda febrium iam diximus.

De cura grauitatis capitis. Cap. XXXIIII.

AD ipsam iuuant euacuantia, et vsus [k] ⌈ alscebari. ⌋ Et si sanguinea fuerit, eius cura erit cum phlebotomia, deinde minuatur vena frontis, ⁊ proprie si fuerit grauitas posterius: ⁊ etiam minuantur vene [l] ⌈ colli, ⌋ ⁊ due arterie que sunt post aures, ⁊ proprie si fuerit grauitas in anterioribus.

De soda que nominatur ouum, ⁊ [m] ⌈ cauthati. ⌋ Capitulum. XXXV.

HEc species soda nominat ouū ⁊ [n] ⌈ cauthati ⌋ ꝑpter suam cōprehensionē super totum caput, ⁊ est soda cōprehēdens mansiua fixa cronica. Cuius prauitas excitatur omni hora, etiā a parua causa motus, ⁊ potationis vini, ⁊ receptionis vaporosi: ⁊ excitat ipsaz vox fortis: ⁊ quandoq₃ excitat ipsam vox media, ita vt eaz habēs odio habeat vocē, ⁊ lumē, ⁊ permistionem cuz hominibus: ⁊ diligat solitudinē, ⁊ tenebras, et quietē, ⁊ resupinationē. Et ipsi quidē diuersificantur in eo quod eos ledit ex causis p̄dictis. Quidaz enim eoꝝ leduntur ab aliqua ipsaꝝ. ⁊ quidam ab alia re ledūtur: ⁊ sentit omni hora quasi caput eius malleo ꝑcutiatur: aut attrahatur tracti one aliqua: aut scindantur scissione aliqua: ⁊ ꝑuenit dolor eius vsq₃ ad radices oculoꝝ. Et. G. quidez ponit allatorē huius egritudinis, debilitatē cerebri, aut fortitudinē sensus eius: ⁊ causa eius gūatiua est humor malus, aut apostema calidū, aut frigidum [o] ⌈ ꝟm q plurimū fit ⌋ ab apostemate melancholico, aut duro. Et plurimū quidē fit in medio velaminis, aut extrinseci a craneo, aut intrinseci. ⁊ tu iam sciuisti, q quando cause sunt apostema, aut aliud, ⁊ nō est nisi in velamine intrinseco in craneo, sentit dolor extensus vsq₃ ad oculū. ⁊ qm̄ pāniculus ille cōprehēdit [p] ⌈ super neruum motiuuz ꝯcauum ⌋ extenditur pars eius vsq₃ ad pupillā. Et quuz est in velamine extrinseco sentit dolor tactu manus: ⁊ patiens odit casum tactus laboriosi super eum. Et multotiens contingit ab egritudinibus antecedētibus, que de-

a A. Alia litera. ꝑ cōitatē stōchi, aut est illa cui⁹ cā ē dbilitas stōi

b A. Alia litera. facte acetose.

c A. ⁊ ꝑseueret i opōne illa, seu i operādo illud.

d A. iste res sup q̄s aspsa sint alefiniati boni odoris calida, ⁊.

e A. acceleret añ sodaz deglutire buccellas ⁊.

f A. casb.

g —— A.

h A. sed.

i A. stomachū.

k A. alsabiar.

l A. alhasesa.

m A. alchude.

n A. alcude.

o A. Quis ꝟz p̄s sit.

p A neruum ꝯcauum, seu qm̄ pāniculus ille terminat ad neruū ꝯcauum, ⁊.

bilitauerunt substātiam cerebri, ⁊ velamina ipsius intrinseca, ⁊ extrinseca, ita vt ledatur motibus par uis, qui sunt ex motibus corporis cibalibus, ⁊ va/ poralibus: ⁊ motibus extrinsecis, ⁊ recipiat super/ fluitates ledentes. Medicoꝝ ꝟo quidam nō ob/ seruant in ouo has conditiones: imo dicunt ouum, omnē dolorem cōprehendentem super totuz caput extra craneum, ⁊ intra. Et fit eius causa ex vapori/ bus stomachi, aut vaporibus capitis, aut materie, aut phlegmon in ipso cerebro, aut velaminibꝰ eiꝰ: ⁊ fit cum grauedine, ⁊ pulsatione, aut herisipila: et ⁊ fit cum inflāmatione, ⁊ mordicatione absqꝫ mul/ ta grauedine: aut ab humoribus alijs, si non fuerit herisipila: [a] † ⌈ ⌋ ⁊ sint illic signa humo/ rum frigidorum, ⁊ medicantur totum ꝓm modum suum. verūtamen nomen oui in veritate consuetum apud prudētes medicos, est ꝓm ꝙ est per conditio/ nes predictas.

a † A. ⁊ fuerit grauitas.

¶ De cura. Cap. XXXVI.

Si sciuerimus ꝙ illic est san guis plimus, ⁊ ꝙ est causa prima, aut causa motiua eius est sanguis, phlebotoma. Oꝫ si si/ gna existunt, ꝙ humores sunt frigidi, ⁊ tempus ꝓm egritudinē est elongatū: ⁊ tu iam admi nistrasti in principio etiaz quod repellit, tunc vtere embrocis ex aquis in quibus resoluentia modice sint calefacientia cū repercussione modica, ⁊ stipti/ citate: sicut flos squinanti, ⁊ camemilla, ⁊ menta, ⁊ reliqua que sciuisti in canone: ⁊ gradatim procede ad fortiora. Et euacua cum eis que ꝯueniunt, ⁊ ad/ ministratio pill'. de aloe [b] ⌈ ⁊ masticis ⌋ est de eis que multū conferunt in ea: ⁊ fiat illud in omni tertia no cte, ⁊ vtatur cochijs in euacuationibꝰ suis si neces/ sitas est, vt dentur eis fortiores, [c] ⌈ ⁊ sumat etiā ⌋ in potu decoctionē cassie fistule cum quatuor auř. olei de kerua. Et scias ꝙ quum purgasti, superest tibi vt confortes cerebrū, ⁊ velamina eius cum aliqui/ bus, que ipsum confortant, ex eis que sciuisti. Et ex ipsis quidē sunt odoramēta muschi, ⁊ ambre, ⁊ can fore etiam illis cōmiste: ⁊ quandoqꝫ permiscēt cum eis aloem vt ꝯiungant cuz confortatione resolutio/ nem. Et adhibe ei emplastra calida, ⁊ stuporē infe/ rentia que sciuisti. Quuz ergo declinat, administra balneū, ⁊ emplastra ꝯfortantia. Dum autē in prin cipio perseuerat, ⁊ scis ꝙ mā est calida, tunc [d] ⌈ for/ sitan declaratū est tibi, ⁊ sciuisti illud in canone re/ giminis cerebri. ⁊ frequēter pota euz medulla cas/ sie fistule cū oleo amigdalino ⌋ diebus frequētibus, ⁊ quādoqꝫ iuuat eos caputpurgiuz cum mumia in oleo viol'. [e] † ⌈ ⌋ Et scias ꝙ ouum antiquū tēpo/ rale nō eradicat, nisi qđ est fortis resolutionis, ⁊ ca lefactionis. Et quādoqꝫ iuuat eos si fiat eis caput/ purgiū ex troc. stelle, ⁊ scellita, ⁊ diamuscho, ⁊ que procedunt cursu eoꝝ, dissoluto qđcunqꝫ eoꝝ fuerit in lacte lactantis puellā: ⁊ ꝓprie quum dolor fit for tis, ⁊ vincunt vigilie. Phlebotomia ꝟo, [f] † ⌈ ⌋ ⁊ cauterizatio arteriaꝝ, ⁊ earum incisio in [g] ⌈ cauthati sunt ꝓm ꝙ fuerunt ⌋ in soda antiqua. Cibus autē sit, qđ non vaporat de eis que sciuisti, ita vt ꝑueniatur ad lētes cū oleo amigdalino [h] ⌈ dul ci, ⌋ ⁊ similiter ius [i] ⌈ fabaꝝ. ⌋ Et non est malum vt cibentur qui ex eis sunt infrigidati cum huiusmodi propter paruitatē vaporis eoꝝ. Epithimata autē oportet vt declinent qñqꝫ ad illud, qđ parūper stu/ pefacit: sed sit maior intentio resolutio. Et ex istis q dem epithimatibus est opium, ⁊ sanguis draconis

b A. cū mastice.

c A. deinde su/ mant.

d A. rege cuz eo qđ declarātū est, ⁊ sciuisti in canōe regimis cerebri ⁊ ꝓcipe ipm po/ tare medullam cassie fistule.

e † A. Et scias ꝙ ouū quū ꝓlon gat qñqꝫ ꝯuerti tur ad ꝯplōnem fridā, ꝗuis sit a causa calida.

f † A. ex frōte.

g A. ouo seu in/ cbude. i. i galea fiat ꝓm ꝙ fiunt.

h A. Alia litera ad calidum.

i A. olerum.

⁊ [k] ⌈ crocus ⁊ terebinthina fiat ex eis epithima ⌋ et liniatur ex eis tempus vsqꝫ ad tempus apud neces/ sitatē indigentē stupefactione. Et ex eis est crocus, ⁊ galle, ⁊ troc. stelle. Nam quū ex illo linietur tota frons, erit iuuās. Et tu quidē redi ad antidotariū, ⁊ ad tabulas medicinaꝝ singularium.

k A. gūmi ⁊ fiat linimentum.

¶ De emigranea. Cap. XXXVII.

Migranea est dolor i vna medietate capitis excitatus. Et. G. diffiniuit eam dicens, ꝙ ipsa est ambulator medius: cuius quidē causa est intra craneum: ⁊ quandoqꝫ est in pāniculo cooperiente craneum: et plurimuz quidē fit in lacertis temporis. Quod au tem est exterius, quandoqꝫ ꝑuenit ad hoc vt non to leret tactū. Et materie sunt peruenientes ad locum eius, aut ex venis arterijs extrinsecis: aut ex cere/ bro ipso, ⁊ velaminibus eius: ⁊ eleuat plurimū il/ lius ex via cōmissuraꝝ. Et quandoqꝫ fit ex vapori/ bus expulsis a toto corpore: aut mēbro illius par/ tis. Et emigranea quidem ꝓm plurimū est habens periodos. Et ipsa quidem non fit nisi ꝓm domina/ tionem humoꝝ. Et non fit emigranea quantitatem habens ex malitia complexionis singularis. Et il/ la quidē que fit ex humoribus, fit quandoqꝫ ex hu/ moribus calidis, ⁊ quandoqꝫ ex humoribus ma/ lis frigidis: ⁊ quandoqꝫ ex ventositatibus, ⁊ quan/ doqꝫ ex vaporibus: ⁊ tu iam sciuisti signa. Verūta men inuenis cum frigida quietem cum calefactio/ ne, ⁊ extensionē propinquam: ⁊ cum calida, calefa ctionē tactus, ⁊ pulsationem in temporibus, ⁊ quie tem cū infrigidantibus: ⁊ etiā quia cum frigida sen titur frigus: ⁊ cū calida sentitur calor, ⁊ illud apud vehementiam doloris.

¶ De cura. Cap. XXXVIII.

Eius cura est phlebotomia se/ cundum ꝙ sciuisti in ouo, ⁊ reliquis, ⁊ proprie vene frontis, ⁊ tēporis, ⁊ solutio, ⁊ clisteria, ⁊ attra/ ctio: ⁊ totum cuz eo, quod ꝯuenit ipsi, ꝓm ꝙ tibi preceptum est in canone. Et ex eis qui/ dem que conferunt calide, est infusio aloes in aqua endiuie dicta in antidotario, cuiꝰ potio fit inter. ℥. j. ⁊ vi. ℥. Et in ipsa confert phlebotomia frontis, et vene nasi valde. Quuz periodus adest, oportet vt purgetur corpus ante ipsum, ⁊ permutetur cōple/ xio post purgationē. Oꝫ si materia fuerit calida po nes narcotica super tempora, sicut opium, ⁊ corti/ ces mandragore, ⁊ [l] ⌈ anetum ⌋ ⁊ iusquiamū, ⁊ can foram, ⁊ infrigidabis locum ꝓm ꝙ sciuisti, de qui/ bus dictuz est in canone. Et quandoqꝫ iuuantur ex incaustro scriptoruz linito super partem, in qua est emigranea. Et ex epithimatibus frontium hñtium emigraneā est crocus: ⁊ iuuantur ex emplastro fa/ cto ex ruta, ⁊ menta cū [m] ⌈ vino ⌋ ⁊ oleo ro. ⁊ simil'r epithimate ex troc. pauli dictis in antidotario. Et sil'r administratione emplastroꝝ de quibus est hoc, baccarum lauri folioꝝ rute, amboꝝ partes equa/ les: sinapis partē mediam coniungantur cū aqua, ⁊ administrentur. Et quod magis confert ei, est ce/ ratum factū ex cantaridibus, ⁊ positū, ⁊ dimissuz, donec locū vesicet: aut ex gūmi rute agrestis, quo/ niam ipsuz est vlceratiuū, ⁊ enuntiat iuuamentum cauterizationis. Qđ si materia frigida fuerit ve/ hementis frigiditatis nimis, facies emplastratio/ nem ex euforbio, ⁊ sinapi, ⁊ piretro, ⁊ similibus. Egritudo autem cuius tempus ꝓlongatuz, est fri gida est ꝓm omnez dispositionē, ⁊ indiget resol'one,

l A. Alia litera. alumen.

m A. cum pane.

ꝛ quod calefaciat cum fortitudine. Et epithimata
quidem, ꝛ embroce, cõmunia, ꝛ ꝓpria emigranee,
dicta sunt in antidotario: illa ergo administrentur.
Quũcq; epithimata administras, quuʒ tu iam eua
cuaueris ex corpore, ꝛ purgaueris, tunc ꝓcede in/
ungendo lacertos tẽporis in parte doloris digitis
tuis, ꝛ cũ mandili aspero apud horã periodi, dein/
de lini. Et quuʒ necessariũ est stupefacere quũ do/
lor pulsatiuus fit fortior, tunc cõfert linire super ar/
terijs in tẽpore, qd̃ est coram loco, opium cum sar/
cocola, ꝛ stipticis, ꝛ stringatur plũbum, aut lignuʒ
super ipsum decẽter posituʒ, vt prohibeat pulsatio/
nem fortẽ facientem dolorẽ pulsatiuum, quẽadmo
dum ostẽdimus in his que ꝑcesserunt in canone de
cauterizatione. Quidã preterea medici narraue/
runt medicamẽ emigranee tẽporalis expertum iu/
uatiuuʒ, acceptum a muliere. Et illud quidẽ est, vt
decoquant᷑ radices cucumeris asinini, ꝛ absinthiũ,
in oleo ꝛ aqua donec dissoluant᷑, ꝛ embrocet᷑ pars
dolorosa ex aqua ꝛ oleo calidis: ꝛ fiat emplastrum
ex fece: ꝛ mulier quidẽ illa quotiẽs administrabat
hoc, sanabat emigraneam: siue esset cum febre, siue
sine febre. Et ex emplastris quidẽ, non est sicut em/
plastrũ sinapis. Quũcq; egritudo ꝓlongata est, fac
emplastrũ ex gũmi rute agrestis, ꝛ corticibus rute
agrestis, ꝛ corticibus radicis capparis, et squilla,
ꝛ euforbio tritis, ꝛ cõmistis cuʒ vino odorifero: est
enim medicamen magnũ conferens ei. Et ex eis,
quibus iuuantur, est vt incipiant, ꝛ ingrediant᷑ bal
neum, ꝛ multiplicent inclinationes super aquam
calidam: deinde fiat eis caputpurgium ex oleo fi/
sticino: illud enim sopit dolorem ilico. Amplius
colligantur descriptiones scripte in antidotario, et
singularia declarata in tabulis medicinarum sin/
gularium.

¶ Tractatus tertius de apostematibus capitis, ꝛ so
lutione continuitatis eius.

¶ Sermo vniuersalis de karabito qui est[a] ⌈aposte/
ma capitis sirsem.⌋ Cap. I.

Dicitur karabit⁹ apostema
calíduʒ in velamine
cerebri subtili [b] ⌈et⌋ grosso, absq;
corpore: quãuiʒ corpori ipsi⁹ quã/
doq; accidat apostema. Nõ enim
est quẽadmodũ quidã existimant
medicoꝝ, q; cerebrũ ipsuʒ nõ apo
stemat᷑ [c] ⌈veꝝ hoc est qd̃ dicũt.⌋
Nam qd̃ est lene sicut cerebrũ, ꝛ durum sicut ossa,
non extẽditur, ꝛ qd̃ non extenditur, non apostema/
tur. Hic autẽ sermo est erroneus, ꝛ illud ideo, qm̃
lene viscosuʒ extenditur, ꝛ ossa etiã apostemantur.
Et. G. illud ꝯfessus est. Et nos monstrabimus ser/
monẽ de eo in capitulo dentium. Jmo dicimus, q;
omne qd̃ nutritur extenditur ꝛ augmẽtatur cũ nu/
trimẽto. [d] ⌈Et ꝓpter hoc ꝯcedendum est, q; exten/
ditur, ⌋ ꝛ augmentat᷑ cũ supfluitate, ꝛ illud est apo/
ma. [e] ⌈Et illud est, qm̃ si cerebrũ qñq; apostema/
tur, tũc ⌋ karabitus ꝛ sirsem est nomẽ ꝓprium apo
stematis velaminis cerebri, quuʒ est calidum: lʒ in
quibusdã locis quandoq; ꝯcedat᷑ etiã dici de apo/
stemate substantie cerebri, ꝛ [f] †⌈ ⌋ est vsus
ꝓprius huius nominis, verũtamen transumptũ est
ex nomine accidẽtis qd̃ ipsuʒ comitatur: ꝛ est alie/
natio, ꝛ intellectus ꝑmistio cũ caliditate adurẽte: ꝛ
nomen [g] ⌈accidẽtale ⌋ cadit sup hoc accidẽs, ꝛ ar/
tificiale sup hoc apostema. [h] ⌈Et actio qdẽ hec si/
milis est ꝑmutationi nominis accidentis, qd̃ est su/
bet ad egritudinẽ facientẽ ipsuʒ, ꝛ significantẽ ipm

que est sirsen cerebri, ꝛ est illud. Quidã aũt homi
nes sunt qui prenomina ignorantes ⌋ existimant, q;
birsen sit nomen huius aꝑatis: ꝛ q; sirsen sit leuius
ipso: sed non est ita. Nam birsen est dictio persica:
bir eniʒ est pectus, ꝛ sen est apostema. Et sirsen etiã
est persicũ: sir enim est caput, ꝛ sen est apostema, et
egritudo, ꝛ sirsen quidẽ [i] ⌈factũ in febribus: aut fa
ctuʒ ꝓpter humores in ore stomachi adustos: ꝛ illd̃
qd̃ est ꝓpter apostemata in partibus capitis extrin
secis: aut in pãniculo extrinseco. Et sirsen factũ cuʒ
birsen, ꝛ est illud qd̃ fit ꝓpter cõmunitateʒ velami/
nis. s. diaphragmatis, ꝛ apostema eius, ꝛ reliquo/
ruʒ lacertoꝝ pectoris: ꝛ factũ in apostemate vesice
ꝛ matricis, ꝛ stõi, ꝛ similitudinẽ cadẽtẽ in hoc noĩe
narrantiũ, narrationes diuersificant᷑ sic diũsificant᷑
narrationes narrantiũ ⌋ lethargiã que est sirsen fri
giduʒ quod noĩatur obliuio. Sirsen autẽ veꝝ ꝭm
vsum artificialẽ est illud quod diximus, ꝛ quãdoq;
apostemat᷑ cuʒ ipso substantia cerebri ẽt cõmunica
tione ꝛ ꝑmutatione: ꝛ illud est vehementer malum
perimẽs in quarto, q; si ipsuʒ pertransit euadet. Et
plurimi qdẽ qui moriunt᷑ ex [k] ⌈birsen ⌋ moriunt᷑ ꝓ/
pter impedimẽtuʒ in spiritu. Et apostema hoc ha/
bet loca diuersa ꝭm ptes cerebri diuersas: ꝛ quan/
doq; cõmunicant in ipso due partes: ꝛ cõmunicant
loca oĩa, ꝛ plurimũ quuʒ fit, non stat eius aduẽtus
nisi in eo qd̃ seqtur vacuitatẽ anterioreʒ, ꝛ in eo qd̃
mediatur. Et eius quidẽ principiũ est sanguis, aut
citrina cholʾa pura, aut rubea pura, aut adusta tra/
hens ad nigredinẽ, ꝛ est vehemẽter malũ: ꝛ q̃si non
fit ꝭm plurimũ, nisi a sanguine cholerico [l] ⌈preter
apostema phlegmaticũ, aut a citrino. ⌋ Et quasi nõ
finitur nisi sudore, aut fluxu sanguinis ex naribus,
ꝛ multotiẽs aꝑat᷑ velamẽ, ꝛ vene [m] ⌈que sunt apud
exteriora capitis ita vt fortasse ⌋ apiantur cõmissu/
re. Et illud quidẽ ex quo fit ꝑmistio rõnis cõposi/
ta ex fletu ꝛ risu, hora post aliã, est malũ: ꝛ quuʒ est
ꝑmutatio ex peripneumonia, qm̃ significat fortẽ ca
lorẽ humoris. Et simil'r si ꝑmutetur ad non verũ, ꝛ
quũ accidit vt ꝑseueret grauitas in partibus capi/
tis, ꝛ [n] ⌈pulmonis, ⌋ deinde supuenit spasmus ꝛ vo
mitus, vt erugo ęris viridis, morit᷑ infirmus in ho
ra sua: ꝛ ꝓlixior mora eius est vnus dies, aut duo
dies, si virtus fuerit fortis. Ex speciebus ꝟo kara/
bitus, in qua maior est fiducia, est illa in qua eger
recordat᷑ eius cum quo alienauit post alleuiationẽ
sue febris. Et quãdo accidit ei [o] ⌈res risus aroona/
ti ⌋ est significatio laudabilis. [p] ⌈Quuʒ ergo labo/
rat habẽs sirsen, ⌋ ꝛ euomit choleram rubeã, ꝛ est
debilis, moritur ea die: aut fortis, ꝛ ꝓlõgatur duo/
bus diebus. Et nullus qdẽ visus est habẽs aposte/
ma in partibus cerebri, cuius vrina fuerit aquosa,
qui euaserit. Et karabitus quidẽ multotiens resol/
uitur per hemorroidas, quuʒ fluunt. Et quãdoq;
infrigidat᷑, ꝛ mutatur in lethargiã. Et quandoq; li
berat᷑ ab eo, ꝛ cadit in ethicã: aut fit demoniacus.
Et multotiens ꝑmutatur non verũ in verum. Et se/
nes quidẽ raro euadunt ab egritudine karabitus.
Quidam ꝟo medicoꝝ existimant q; quãdoq; ac/
cidit egritudo similis karabitui absq; febre signifi
cans [q] †⌈ ⌋ va/
cuitatem apostematis: [r] ⌈dicunt enim, ⌋ quoniam
sit fortis inquietudo, ꝛ oscitatio, ꝛ habens eã non
tolerat quietem, [s] ⌈ꝛ fortasse saliendo ascendit ⌋ pa
rietes: ꝛ eius rixa fit fortis, ꝛ stringitur ipsius an/
helitus, ꝛ sitis eius. Et quum bibit aquam, stran
gulatur ea, ꝛ expellit ipsam. Et dicunt, q; est per/
necans ea die scd̃m plurimum: ꝛ quandoq; exten/

---

a A. sirsem cal'ʒ.

b A. aut.

c A. sic rõcinãtes

d A. Et simil'r est poss'e q; extẽdat᷑.

e A. sed q̃uis ce rebrũ qñq; aꝑat᷑ tamen.

f † A. iste.

g A. vulgare, vl' nomẽ cõitatis.

h A. Et ista deri uatio, seu nois trãsũptio est silis deriuationi, seu trãsũptioni nois accñtis, qd̃ ẽ obliuio ad egritudinẽ necessitãtẽ ipsaʒ, ꝛ causantẽ ipsam, q̃ est sirsẽ fridũ. ꝛ quũ vsitat᷑ sirsẽ vsu cõitatis vel vsu vulgari, tũc in eo ĩgredit᷑ sirsem cerebri. Sirsẽ igit᷑ cerebrale ẽ hoc. Quidã ãt hoies ĩgrãtes linguas seu idiomata.

i A. qñq; ẽt cadit sup ꝑmixtionẽ rõnis, ꝛ super alienationeʒ factã in febrib⁹, et factã ꝓp hũores in ore stõi adustos, ꝛ sup illã q̃ qñq; fit ꝓp aꝑa in ptib⁹ capitis extrĩsecis, aut ĩ velaminib⁹ extrĩsecis. Et sirsem ẽt qñʒ cadit, seu dr̃ de alienatiõe fcã cũ birseʒ, ꝛ est illa q̃ fit cũ cõitate velamis seu diafragmat̃, ꝛ aꝑatũ eius, ꝛ reliq̃ꝝ lacertoꝝ pector̃ ꝛ de alienatione facta cum aꝑate vesice, ꝛ mt̃icis, ꝛ stõi. Et ꝯueniẽtie qdẽ seu silitudini, aut cõicatiõi cadenti in h̃ noie ĩest diuersificatio d̃scriptionũ q̃s describentes ei attribuũt sicut diuersificãt descriptiões describentium.

k A. sirsem.

l A. nõ a sãguine puro, aut a cholera.

m A. q̃ egrediũt ex capite, ita vt existimetur q;.

n A. Alia litera colli.

o A. amuridus.

p A. Et quũ hñs birsem patit᷑ sachas, vel sach⁹.

q † A. Alia lr̃a. ꝛ eẽntia ipsi⁹ absq; febre sigt̃.

r A. Alia litera. verũtñ dicunt.

s A. in loco vno ꝛ existimãt saliẽdo ascẽdere.

ditur vsq; ad quattuor dies: ⁊ ab ea nullus euadit post illud: sed accidit vt ipsoꝝ facies nigrescant: et lingue: ⁊ sint ipsoꝝ oculi congelati: ⁊ dispositiones sint sicut dispositiones [a] ⌈timētium: ⌋deinde ipsoꝝ leniuntur motus, ⁊ cadunt eoꝝ virtutes, ⁊ pulsus, ⁊ moriunt. Et plures mortes ipsoꝝ sunt cū strangulatione, ⁊ vides eos currētes, deinde vides post illud eos statim cadere, ⁊ mori. Et dico ego non est longe qn causa in hoc fit ꝓpter cōitatem cerebri, cū aliquo mēbro nobili, sicut mēbro anhelitus, quuz accidit eis spasmus magnus: aut corruptio alia, sicut strangulatio, ⁊ perueniat ad cerebrum, ⁊ permutet, ⁊ corrūpat ipsum, ⁊ permisceat intellectum, ⁊ faciat sitim propter desiccationem partium capitis, ⁊ gutturis. [b] †⌈ ⌋

De signis eius cōmunibus. Cap. II.

Signa autē cōia speciebus ipsius veris sunt ista. [c] †⌈ ⌋Alienatio supfluit qn̄q;, ⁊ abscinditur alia vice. Et abhominatio loquele, ⁊ pigritia ab ea. Et ꝑmistio intellectus. Et plurimū hoꝝ circa quartum diem. Et inqsitio extremitatū. Et extremoꝝ frigus, ⁊ agitatio. Et spiritus agitatus non ordinatus: sed est magnus. Et extēsio [d] ⌈ossiuz pectoris ⌋ad supiora multa: ⁊ [e] ⌈tremor ⌋mēbroꝝ cum ipso, ⁊ ante ipm nuntiat ipsuz: ⁊ quādoq; est cū eo somnus inquietus, ⁊ excitant ab ipso ⁊ clamāt, ⁊ qn̄q; dormiunt, ⁊ quādoq; vigilant: ⁊ est eoꝝ somnus ſm plurimū agitatus: cōmotus cū phantasijs, ⁊ sonijs corruptis terribilibus, ⁊ eius excitatio est ꝑmista cū vocibus: ⁊ sunt illic in verecundia, ⁊ audacia, ⁊ ira vltra ꝯsuetudinē. Et abhorrent radios, ⁊ auertūt se ab ipsis. Et agitant lingue eoꝝ vehementer, ⁊ [f] ⌈stringunt eas, ⌋⁊ quādoq; apostemant. Et multotiēs abscinditur eoꝝ vox. Et desiderant aquaz, ⁊ bibunt ex ea paꝝ, non [g] ⌈multiplicant, ⌋⁊ neq; ipsam etiā desiderant plurimū. Et plurimū infrigidant eoꝝ extremitates, absq; frigore extrinseco faciente h. Ipsoꝝ autē vrine sunt declinantes ad tenuitatē, ⁊ subtilitatem. Et ipsoꝝ pulsus sunt duri ꝓpter essentiam apatis in mēbro neruoso [h] ⌈duro. Et ꝓpter duritiē vene, ⁊ debilitatē virtutis ad cōprimendā materiā, sentis in pulsibus eoꝝ virtutē aliquā ⌋vsq;quo appropinquent timori: qm̄ siccitas aggregat, ⁊ stringit: ⁊ sunt [i] ⌈partes ꝯstrictionis ⁊ dilatationis ⌋velociores, ⁊ cuz sua serrinitate nō euacuat ab vndositate quadā qm̄ cerebrū est substantia humida. Et quādoq; accidit pulsibus eoꝝ, vt dilatent aliquotiens, ⁊ magnificent ꝓpter necessitatē, ⁊ vt frequētes fiant, ⁊ diuersificent in partibus [k] ⌈loci ⌋⁊ tremant: ⁊ illud qdē est ex eis, que nuntiant sincopim, nisi sit genus [l] ⌈tremoris, ⁊ diuersitatē ⁊ tremorez ⌋ faciant durities venarum, ⁊ fortitudo virtutis, qm̄ tunc nō nuntiant illud. Et qn̄q; accidit pulsui ipoꝝ vt sit spasmosus, ⁊ nuntiat spasmuz. Quūq; vides signa egritudinū acutaꝝ, ⁊ febres prauas, ⁊ stringitur natura, tūc illud nūtiat sirsen, ⁊ est q̄si ex nuntijs fortib⁹. Et ꝓcedūt karabitus obliuio rei ꝓpinque, ⁊ tristitia sine cā, ⁊ sōnia mala, ⁊ soda multa, ⁊ grauitas, ⁊ repletio, ⁊ an̄cedunt ipsuz ſm pl'm citrinitas faciei, ⁊ vigilie ꝓlixe, et somnus inquietus. Et accidētia hec fiunt fortiora duz materie ꝑseuerāt in itinere ꝑueniendi ad caput: ⁊ reuoluuntur in venis suis, ⁊ subtiliant. Et quuz appropinquāt ei, ⁊ biberit cerebrū mām, inueniunt ꝓncipiū doloris in posteriore parte capitis apud locū, in quo est ꝯiunctio colli ⁊ capitis: ⁊ ꝓprie in cholerico. Et quuz incidunt in ipsum, ⁊ apostemat cerebrū, desiccant primum oculi eoꝝ vehementer: deinde accidūt lachryme, ⁊ ꝓprie ex vno oculoꝝ: ⁊ multotiens accidit vt vene ipsoꝝ forti afficiant rubedine: ⁊ quādoq; succedunt eis distillationes sanguinis ex naribus: et plerūq; fricant oculos suos. Et declinant ad getē, ⁊ requiem in maiori parte corpis, nisi in manibus: qm̄ cuz eis fortasse ingrunt, ⁊ colligunt villos: ⁊ fit illud pl'm cum clausione oculoꝝ. Et quādoq; fit cū [m] ⌈pupillatione ⁊ querela. ⌋Et qn̄q; pigri fiunt in loquēdo [n] ⌈manifeste ⌋non addētes sup motum lingue. Et qn̄q; accidit eis distillatio vrine cū cognitione ipsoꝝ, aut absq; cognitione, ⁊ est in febribus de significationib⁹ fortibus, ꝙ sirsens est p̄sens. Et obliuiscunt doloris, si est in mēbris ipoꝝ: imo si aliqd de mēbris ipsoꝝ dolorosis impetuose tangit, nō ꝑcipiunt ipsum. Nos ꝟo addimus, ⁊ dicimus, ꝙ qn̄ apa fit in parte anteriore corrūpit imaginationem: quū ergo est illud, icipiunt colligē villos ex vestib⁹ ⁊ paleas, ⁊ que sunt silia illis ex parietib⁹: ⁊ imaginant aliq̄s phantasias, que non iueniunt. Quod si sit in medio corrūpit cogitationem, ⁊ turbat in eo qd̄ agit. Et loquit cum alienatione ꝓlima. Et quū cadit in eo qd̄ est corā posteriore, obliuiscitur eius qd̄ videt, et agit in dispōne ita, vt qn̄q; petat aliqd, et presentet ei, ⁊ nō recordet se quesiuisse illud: ⁊ plurimū petat peluim vt mingat in ipsa, ⁊ ponat corā ipso, ⁊ obliuiscat eius. Si autē apa cōprehendat sup partes oēs apparent hec oia signa: ⁊ si cum eo apetur cerebrum, rubea fit ipsius facies, et oculi: ⁊ exeunt oculi exterius vehementer, ⁊ fiunt rubei, si mā faciens apa sit sāguis: aut citrini fiunt, si mā faciens apa sit cholera pura. Factū ꝟo ex humorib⁹ ꝓpter cōmunitatē, sigt euentus eius subito: ⁊ ꝯtīa malitie dispōnis mēbri alterius, ⁊ [o] ⌈poxismus qui est in exacerbatione fortitudis eius, ⁊ minuit cum diminutione in dispōne ⌋alterius, ⁊ augmentantur ipsius augmētatione. Et factū a sirsen cerebri, accidit paulatim paulatiz: ⁊ [p] ⌈seqtur vel adheret. ⌋Et signa sirsen veri [q] ⌈inseparabilia ⌋antecedūt: deinde accidit egritudo. Non veꝝ aūt precedunt egritudines alioꝝ mēbroꝝ, deinde apparēt signa eius.

Factum aūt ex partibus velaminis distinguentis, ⁊ lacertoꝝ pectoris, antecedūt signa birsen, ⁊ pleuresis, que sunt dolor pūgitiuus in latere apud anhelituz: ⁊ strictura anhelitus, ⁊ pulsus serrinus, ⁊ tussis [r] ⌈plurimuz ⌋sicca, deinde humectat ſm plurimū, et expuit: et fit cum febre ꝯtinua, cuius ꝓlimuz caloris tendit ad partes pectoris: et in vero ad partes capitis, [s] ⌈cum quo multiplicat extēsio ossium pectoris ad supiora: et ꝓprius fit eis sensus doloris sup verticē non cōprehendens. ⌋Et non fiunt signa predicta eius in eo, qd̄ preterijt, fortia, et multa: et eius spūs fit diuersus: debilitat enim quādoq;, ⁊ fit frequens, ⁊ magnificat alia vice, et fit ei similis: et [t] †⌈ ⌋paruus, et debilis plus. Et fit quādoq; sicut [u] ⌈intus. ⌋Sed in karabito ꝟo fit spūs maior, imo fit [x] ⌈magnus. ⌋Et duo qdem sirsen cōmunicant in fortitudine [y] ⌈humoꝝ. ⌋Uerūtamen sirsen sequens differt a sirsen ꝟo in hoc, qd̄ sequit in fortitudine sua fortitudinē fe. et alleuiatur cuz alleuiatione fe. Cum eo aūt qd̄ fit propter humorē in ore stomachi, sentit mordicationem in ore stomachi, et nauseam, et sitim, et amaritudinē oris. Et factum propter apostemata membroꝝ alioꝝ scitur ꝓpter illud, quod apparet de dispositionibus eius. Quoniam dum non sunt apparentes, [z] ⌈et manifeste ⌋ nō ducūt ad ꝑmistionē itellect⁹, ⁊ sirsen manifestū.

a A. h̄ntiū iram. Alia lr̄a. h̄ntiuz angustiā vel fastidium.

b A. Alia litera ⁊ pectoris.

c † A. Alia litera febris continua fixa, q̄ augmentat in meridie ſm ꝓlimū ⁊.

d A. alserasif.

e A. iectigatio.

f A. exaspant, ⁊ dentib⁹ mordentur ipse.

g A. multū ex ea bibentes.

h A. Alia litera. ⁊ est paruus ꝓpter duritiē vene ⁊ debilitatē ꝟtutis coarctate, vel oppsse a mā, ⁊ i pulsib⁹ eoꝝ sentitur ꝟtus aliqua.

i A. finis cōstrictiōis, ⁊ ꝓncipiū dilatationis. Alia lr̄a. ⁊ est finis ꝯstrictionis, ⁊ dilatatiōis velocior.

k A. sit⁹ vel pōnis

l A. diuersitatis ⁊ tremoris quē.

m A. intuitu pupille in vno loco sicut iratus, ⁊ furiosus.

n A. ordinate.

o A. poxismatio cū poxismis vehemētie eius diminuit cū diminutiōe dispōnis.

p A. ꝑseuerat seu est ꝯtinuum.

q ——— A.

r A. primo.

s A. Et multiplicat sensatio tensionis i serasif ad supiora, ⁊ appropriat ei sēsus doloris supra sumitatē capitis non ꝯꝓhendēs totū.

t † A. fit.

v A. anhelit⁹ h̄ntis iram fortem.

x A. maximus.

y A. ꝑmixtionis intellectus.

z A. ꝓlime caꝝ.

Et nunc quidem rememoremur signoꝝ specierū veri sirsen. Dicemus ergo ꝙ primum signoꝝ facti a sanguine est, ꝙ [a] ⌈cōmunicans⌋ accidētiū eius pre/dictoꝝ cōmuniū, accidit cum risu: ⁊ accidunt ei di stillationes sanguinis ex naribus: ⁊ magnificat̃ ei⁹ spiritus: ⁊ [b] ⌈distillant⌋ oculi eius, ⁊ lippitudinē pa tiunt̃: ⁊ non sunt vigilie, que accidunt ei cū hoc su/perflue: ⁊ est asperitas lingue in ipso tendens ad ru bedinē declinē ad nigredinē: deinde nigrescitt, ⁊ fit lingua in ipo grauis: ⁊ quādoqꝫ pigrescit a locutio ne ꝓpter grauitatē lingue: ⁊ sunt phantasie eius q̃s videt rubee: ⁊ vene frontis, ⁊ oculoꝝ eius sunt ple/ne. Et accidit eis frequentia sedendi, ⁊ standi absqꝫ necessitate, quā inde habet. Qđ autē fit ex cholera rubea pura, vigilare plurimū facit: ⁊ [c] ⌈alienant̃⌋ cum eo oculi valde: ⁊ exasperat̃ lingua fortiter, ⁊ ci trinatur prius, deinde nigrescit: ⁊ febris fit fortis: ⁊ multiplicat̃ [d] ⌈desideriū ⁊ amor tergendi⌋ oculos. Et imaginant̃ quedā tendentia ad citrinitatē: ⁊ in/greditur in mores eoꝝ rapacitas, ⁊ [e] ⌈melie ꝓprie/tas⌋ ⁊ audacia in disceptando, ⁊ est quasi in forma eius qui vult [f] ⌈litigare,⌋ ⁊ attenuant̃ nares eoꝝ, ⁊ ꝓprie ipsaꝝ extremitates: ⁊ accidit eis in frontibus suis attractio fortis ad supiora. Eius autē qđ fit ex cholera adusta, ⁊ est illud qđ [g] ⌈perimit⌋ signa sūt ꝙ [h] ⌈cōmunitas⌋ accidentiū accidit cum demonio, ⁊ rixa: ⁊ [i] ⌈spiritus⌋ magnificat̃: ⁊ magnificat̃ in/quisitio. [k] † ⌈ ⌋ Et sunt oculi eoꝝ ꝯturba/ti, ⁊ [l] ⌈eius causa⌋ est sibare, ⁊ est q̃si ipsa. Signa xᵒ ꝑmutationis eius sunt ista. Nam si ꝑmutatur in lethargiā, ⁊ illud est qđ in eis [m] ⌈expectat̃. Uides oculos ꝓfundari in clausione cū lachrymis⌋ ⁊ sali ua currit, ⁊ pulsus tardat̃, ⁊ leuis fit. Signa xᵒ ꝑ/mutationis eius in scaculos, ⁊ [n] ⌈est⌋ apostema ce rebri, sunt ꝙ apparēt scaculos signa: ⁊ occultat̃ ni/gredo oculoꝝ, ⁊ apparet albedo quādoqꝫ, ⁊ nō di/ligit [o] † ⌈ ⌋ nisi resupinus: ⁊ inflatur venter eius. Et extendunt̃ [p] ⌈ossa pectoris⌋ eius, ⁊ multi/plicat̃ [q] ⌈tremor⌋ mēbroꝝ eius. Et signa ꝑmutatio nis eius in ethicā sunt ꝓfunditas oculoꝝ, ⁊ sedatio febris: ⁊ [r] ⌈nigredo⌋ corporis ⁊ paruitas pulsus ⁊ durities eius. Signa xᵒ ꝑmutationis eius in spa/smum nos afferemus in capitulo spasmi.

a A. plurimum.
b A. lachrymant̃
c A. exiccantur.
d A. opatio ocio sa in tergendo.
e A. malignitas.
f A. pugnare.
g A. est malū ꝑ/necans.
h A. plurimum.
i A. anhelitus.
k † A. extrēitatū
l A. similis.
m A. magis spat̃ in eis, tūc vides oculos ꝓfunda/ri, ⁊ clausionem continuari.
n A. ad.
o † A. vel iacere
p A. serasif.
q A. iectigatio.

De cura specierum eius. Cap. III.

Communis quidem cura spe cierū eius veraꝝ est flōmia ex cephalica, ⁊ [r] ⌈egressio sā guinis aliquantula⌋ imo multa valde. Et [s] ⌈incipiat̃ in hoc loco sicut icipiūt humores si nihil forte fuerit qđ ꝓhibeat.⌋ Et opꝫ vt fiat eius flōmia cum cautela in cognoscendo di/spositionē ipsius ex sincopi, si cecidit in ipsam, aut sit ei vicinus, ⁊ retineat̃ sanguis quū sincopis adest ꝓpinquitas, ⁊ ingeniet̃ in cognitione illius. Nam in eis nō apparet dispositio [u] ⌈incolumitatis⌋ a di/spositione [x] ⌈lipotomie⌋ multū manifeste: sed pul/sus quādoqꝫ significat ipsam: nā quūꝫ tremit, ⁊ de/scendit, ⁊ diuersificat̃ absqꝫ ordine, ita vt inuenias vnā magnā, ⁊ aliam paruā, significat ꝓpinquitatē sincopis. Et opꝫ vt sit cautela in ligatione vite sup ipsam, ita vt sit firmata, quā motus ipsius, ⁊ agita/tio irrationabiles nō soluāt: quādoqꝫ eni soluit eā, ⁊ eijcit per seipsum ꝓpter imaginationē corruptam ducentē eum ad illud. Deinde post hoc phleboto/ma venas frōtis si virt⁹ fuerit fortis, ⁊ fecerit opor tere illud dispositio, ⁊ fortitudo egritudinis. Qꝫ si virtus ⁊ dispositiones non ꝯsentiunt, vt fiat phlebo tomia eius vlis, ⁊ ex manibus eius, aut non est tibi possibile habere manus eius, ⁊ ꝙ additur ei ex hoc ducit ipsū ad inquietudinē ⁊ rixam fortē: tūc phle botoma eū in fronte. Et pone sup caput eius in ꝑn cipio oleum roſ. cum aceto infrigidatū niue, ⁊ reli/qua que numeraui tibi ex expressionibus infrigidā tibus. Et cholericus qdē iuuatur si fiat capiti eius emplastrū ex folijs [y] ⌈seticis⌋ valde. Et fac eū qe/scere in domo tēperata in aere puro, in quo nō sunt picture, neqꝫ forme. Nam ipse diligit intueri imagi nationes eaꝝ, ⁊ illud est ex eis que ledunt cerebrū eius, ⁊ velamina ipsius cerebri. Et oportet vt in do mo eius, ⁊ iuxta ipsū, sit multitudo redolentiū fri/gidoꝝ, sicut nenufar, viola, ⁊ rosa, ⁊ cāfora que nu/merauimus tibi in canone. Et associa ei amicos suos prudētes sibi caros, ⁊ misericordes eius: ⁊ ex quo verecundetur, ⁊ cesset ꝓpter ipsum a sua per/mistione, ⁊ agitatione que ei nocēt. Et stude vt ipm facias dormire, ⁊ vt fiat hoc, aliquid opij duobus cornibus frontis eius appropinqua, ⁊ naso ipsius, si virtus est fortis: ⁊ si nō, caue quoniā illud est peri/mens: imo sine opio sis cōtentus. Sed administra qđ sit sicut sirupus de papauere: ⁊ fac emplastrū ca piti eius ex lactuca: ⁊ potes cū semie papaueris, ⁊ aqua ordei. Uerūtamen rectius est vt [z] ⌈expellas per⌋ phlebotomiā, si tolerat eam hora: ⁊ non fue/rit in [⁊] ⌈postremo⌋ eius timor, fac illud in principio duobus diebus, aut tribus. Amplius quūꝫ phle/botomatur [⁊] ⌈si est possibile non perueniat, donec non⌋ remaneat in corpore sanguis quo ꝯfortet̃ na/tura [ꝫ] ⌈ad resistendū vaporibus, ⁊ defectui nutri/menti⌋ si fecerit hora illud oportere. Et postq̃ꝫ phle botomaueris eum: tunc oportet vt ipsū clisterizes clisteri valde leni, sicut oleum roſ. cum aqua ordei, ⁊ aqua, ⁊ oleum: ꝙ si eges eo quod sit fortius hoc, postquā sit in gradu lenitatis fac: ⁊ trahe materiā ad inferiora oino, fricatione pedū, [a] ⌈⁊ reliquis,⌋ ⁊ funde super eos aquam calidam: imo ligando, ⁊ stringēdo, ⁊ ponendo ventosas super eos, ⁊ ꝓprie in dispositione [b] ⌈descēsionis. Et grauitas fortitudi nis febris si adest ei illud quādoqꝫ facit oportere in ꝑncipio egritudinis dispositionis, vt ponant̃ ven/tose in loco qui dicit̃ cheelen.⌋ Et ꝑmo incipe nu/trire ipsum [c] ⌈subtili nutrimēto⌋ ita vt sis ꝯtentus [d] ⌈oxymelle:⌋ deinde post hoc die vno, aut duobus permuta ipsū ad aquā ordei subtilem cū oxymel/le: deinde ad grossam, ⁊ ꝯsidera in hᷓ virtutē ⁊ egri/tudinem: ⁊ quotiens videris accidētia egritudinis fortiora incipe in ꝑncipio a subtiliatione cibi mul/ta, nisi virtutis casus timeat̃. Tunc eniꝫ nutriant̃: ⁊ aliena eos ab aqua vehemētis frigoris, ꝓprie si fuerit in velamine distinguēte apostema, aut in vi/scerib⁹. Et sicut videbis egritudinē declinare, gra/datim in nutrimēto procede, aut ex ipso adde, ⁊ po ne vt ipsum sit ex cucurbita, ⁊ herbis frigidis, ⁊ al/mes, ⁊ granis frigidis: aut [e] ⌈essiteiati,⌋ aut aceto/sum cū fructibus frigidis: ⁊ in hac hora iuuantur pane simile infuso in aqua frigida: ⁊ iuleb infrigi/dato cum niue vehemēter. Et oportet quidem vt in principio administres repercussiua pura, nisi sit de genere [f] ⌈magno⌋ ex quo apostemant̃ vene que [g] ⌈sunt extra caput⌋ cum cōmunitate velaminis: il lic enim oportet te incipe ab eo in quo sit parū mol lificationis, ⁊ sedationis doloris, deide stiptica. Et [h] ⌈sit tibi securitas multa in clisteribus:⌋ deinde ad ministra ſm plurimū embrocas infrigidantes, nō cū stipticitate. Et misce in eis parum papaueris, vt dormire facias, ⁊ parū camemille ēt vt resistat pa/paueri, ⁊ resoluat resolutiōe modica. Quūqꝫ egri/

r A. extenuatio
s A. extractio sā guinis ꝯueniēs
t A. sit festinatio ad illā imediate quū icipit alach talach. i. permi/stio rōnis si nō ꝓ hibeat ab hoc ꝓ hibens forte.
v A. euasionis.
x A. sincopis.
y A. alhauleich
z A. ꝑtermittas.
⁊ A. tardatione.
ꝯ A. non fiat flō/mia vltima, seu supflua q̃tū est possibile, vt.
ꝫ A. i pugna cre tica, ⁊ in priua/tione cibi.
a A. ⁊ eoꝝ com/pressione.
b A. declinatōis febris, ⁊ añ vehe mētiā ei⁹ si adest ei illud. Et qñqꝫ opꝫ in principio egritudis appo/nere vētosas su/per chahel, idest inter spatulas.
c A. cum vltima subtiliatōe cibi
d A. sechaniabin çuccarino.
e A. asfidbagie.
f A. magni apo stematis.
g A. egrediunt̃ ex capite.
h A. festina ad clisteria festina/tione vehemēti

tudo fuerit finita his medicaminibus, ⁊ remãserit alienatio, tunc mulge sup caput lac ex vbere, ⁊ mamilla, si virtus qdẽ in ipso est fortis, lac capraꝝ: ⁊ si debilis quidẽ fuerit, lac mulieꝝ. Et omni mulsioni moranti sup ipsũ vna hora fac succedere ablutionẽ, cum embrocis equalibus, in qbus ponant vio le ⁊ radices [a] ⌈lilij⌋ ⁊ camemilla cũ reliqs infrigidatiuis, sicut videbis in antidotario: ꝙ si egritudo ꝓlongat, ⁊ non remouet medicinalibus istis: aut grauis est [b] ⌈faciens⌋ subet, ⁊ ptransierit terminũ pncipij: ⁊ quies in ea fuerit maior motu, tũc aliena ei ea que vehemẽter infrigidant, ⁊ ꝓprie papauer: ⁊ adde ei in embrocis, tũc post septimam, [c] ⌈balsamitã ⁊ mẽtastrũ⌋ ⁊ rutã, ⁊ expressionẽ mente, ⁊ melilotũ: ⁊ pone sup caput mucillagines seminis lini cũ oleo ⁊ aqua, ⁊ vnge [d] † ⌈ ⌋ corpus cum oleo calefacto assidue. Quũqȝ [e] ⌈videris⌋ ꝙ vtus ꝯseruetur post longitudinẽ egritudinis, ⁊ postqȝ ptrãsierit septimanã, ⁊ qđ est supra ipm, tibi inest vt potes ipm paruũ vini pmisti. Et multotiens accidit eis vomitus, ⁊ iuuant eo. Et qñqȝ potant quidaꝫ ipsoꝝ aqua pmista cũ oleo [f] † ⌈ ⌋ ⁊ fit ipsoꝝ vomitus facilis, ⁊ humectat eos. Et quũ non mingunt ꝓpter defectũ intellectus, ⁊ debilitate sensus, inũge eoꝝ vesicas cũ oleo tepido: ⁊ melius est oleũ de oliuis. Aut embroca ipsos cũ aqua calida, ⁊ aq̃ in qua cocta sit camemilla: deinde sup eas comprime, donec vrina ꝓuocet. Et sis solicitus cũ hoc ex eis oi hora: ⁊ cõprime vesicas eoꝝ in oi hora sperãs in ipso vrinam ꝓuocari. Si aũt illud nõ respondet, administra embrocas secundũ ꝙ dictũ est. Et oportet vt stringas eos, ligando, si inueneris eos multiplicare pmutationẽ, ⁊ agitationẽ: ⁊ ledũtur ab eis vehementer, ⁊ ꝓprie qum phl'omas eos, ⁊ scissura nondũ est cõsolidata. Amplius qũ procedunt in declinatione, ⁊ exitu a fortitudine egritudinis [g] ⌈plurimum⌋ reges eos regimine cõualescentiũ ⁊ adhibe eis [h] ⌈restaurantia leuia⌋. Et aliena ipsos ab aeribus, ⁊ ventis malis, ⁊ calidis, ⁊ [i] ⌈canicularibus diebus⌋ ⁊ sole vt nõ incurrãt recidiuã. Qum vis aũt eos balneare balnea ipos in aquis [k] ⌈sapidis⌋ balneationib⁹ lenibus, vt facias eos dormire: nã in dormitione eoꝝ cõsistit iuuamentũ plurimũ. Et ciba eos carnibus leuib⁹. Et hic quidẽ est ꝫmo vniuersalis in cura ipsoꝝ. Eius vero qđ diuersificatur, aliud est cholericũ, aliđ sanguineũ. Cholericũ eni indiget in sui cura eductione cholere cũ solutione plurima, ⁊ pl'omia minore. Et fit quod soluẽdo educit cholerã ex eo, potus ex lubricantib⁹ subtilibus p̃dictis [l] ⌈expurgãtibus⌋ sanguinẽ: ⁊ tibi inest vt ponas i eis fumũ terre, si sciueris ꝙ natura obediens sit secundũ oẽm dispõneꝫ. Et quãdoqȝ ponũt in eis scamoneã, qum cõfidunt de obedientia nature scđm cõsuetudinẽ egri. Et cholericus qum phl'omatur, non ꝯsequat propinquitatẽ sincopis. Sed phlebotomet phlebotomia [m] ⌈bona⌋ cuꝫ cautela inde habita deinde solutiõe euacuet. Et etiã conueniens est vt ponas [n] ⌈cibos eius frigidos ⁊ humidos.⌋ Cibi aũt sanguinei sint frigidi: Et ptransit vt sint stiptici, qñ facta est euacuatio ex solutiõe, ⁊ clisteribus, Et cibi sint sicut qui fiunt cuꝫ acresta, ⁊ ribes, ⁊ granatis, ⁊ cydonijs, ⁊ pomis. Cholerico autẽ non cõueniunt isti: sed qui sunt, sicut qui fiunt ex cucurbita, ⁊ [o] ⌈alchelketi⌋ .i. facto ex ordeo excorticato, ⁊ q fiunt ex spinachijs, ⁊ atriplicib⁹, et [p] ⌈almuiati,⌋ ⁊ est qui fit ex almes, ⁊ silibus illis: ⁊ eoꝝ acetositas fit ex aceto, ⁊ zuccaro: aut ex prunis ⁊ que sunt illis silis. Et scias ꝙ cholicus idiget extinctione plus, ⁊ sãguineus resol'one plus: ⁊ in cholerico non timetur [q] ⌈ois cautela infrigidationis⌋ que timet in sanguineo, ⁊ nõ alienetur aqua frigida [r] ⌈oino,⌋ ⁊ opꝫ vt pl'm sis solicit⁹ in sõno ipoꝝ: ⁊ illud erit sicut embroce humectãtes, ⁊ cũ administratione oleoꝝ, sicut olei lactuce, et cucurbite, ⁊ q̃ ipsis similant, faciẽdo caputpurgiũ. Et in chol'a que est adusta multiplicet studiũ cũ humectantib⁹ ⁊ cũ administratione enematũ infrigidantiũ, ⁊ humectantiũ in eis, quãtum possibile est.

a A. Alia litera. liquiritie.
b A. similis.
c A. sisimbriũ, et faudenegi.
d † A. vehementer.
e A. volueris.
f † A. frigido humido.
g A. plimo exitu
h A. alargiuhat leues.
i A. ab aere, seu vẽto vehemẽter calido.
k A. dulcibus.
l A. Alia littera extinguentib⁹.
m A. ꝯuenienti.
n A. Alia litera medicinas eius fridas ⁊ hũidas
o A. alcheschie.
p A. almegie.
q A. ex ĩfridatione totali illo timore.
r A. illa alienatione.

De phlegmone accidente ipsi substantie cerebri. Capitulum. IIII.

Plurimum quideꝫ accidit ex sanguine putrido apante cerebrũ. Et qñqȝ sepat cõmissuras ⁊ rarificat: [s] ⌈⁊ forsitã caput cũ ea disrũpitur ⁊ scindit⌋ ⁊ dolor cũ ipsa fit fortis ⁊ oculi fiunt rubei exeũtes valde: ⁊ [t] ⌈maxille⌋ valde rubescunt: ⁊ qñqȝ accidit cuꝫ ea spasmus: ⁊ qñqȝ accidũt vomitus, ⁊ nausea ꝓpter cõitatẽ stomachi: ⁊ declinat ad resupinationẽ valde, ꝫm ꝯtrarium ꝯsuete resupinationis, ⁊ ꝫm diuersitatẽ ordinis: ⁊ est ꝫm pl'm pnecans in tertio: si aũt ipm ptrãsierit fiducia habet. Et scias ꝙ egritudo nõ est vehemẽter praua: aliogn mẽbrũ non toleraret ipsam cũ hac eẽntia, ⁊ cũ hac sublimitate. Et ipsius qdeꝫ cura, est cura sirsen, ⁊ fortior. ⁊ ꝯfert ei flõmia vene que est sub lingua vehemẽter: Et illud post flõmiã vene cõmunis, ⁊ venaꝝ aliarum.

s A. rete mirabile, ⁊ existimatur caput cũ ea disrumpi ⁊ scindi.
t A. poni maxillarum.

De herisipila ⁊ impetigine accidentibus in cerebro ⁊ vsacro. Cap. V.

Quandoqȝ etiã accidũt in ipo cerebro herisipila ⁊ [v] ⌈vsacro.⌋ Et fit dolor fortis, ⁊ islãmatio vehemẽs: In facie ꝟo qñqȝ accidit frigus ꝓpter occultationẽ calitatis ⁊ citrinitas ꝓpter illud, ⁊ ꝓꝑe in oculis: deinde calesit subito, ⁊ rubificat: Uerũtñ ꝫm pl'm sit tendens ad citrinitatem, ⁊ frigus: ⁊ est siccitas vehemẽs in ore. Et cũ eis non est tantuꝫ ex subet, q̃ztũ accidit in phlegmone: verũtñ accidẽtia in eis sunt terribiliora: ⁊ febris est fortior. Et eaꝝ cura est cura sibare.

Et plurimũ eius pnecat in tertio. Si aũt non interficit in tertio, euadit. Et pueris qdẽ quandoqȝ accidit herisipila in cerebro, ⁊ ꝓfundantur cum ipa sinciput, ⁊ oculi, ⁊ minoratur oculus: ⁊ desiccat totuꝫ corpus. Medicentur ergo ex vitello oui cum oleo ros. infrigidato, ⁊ pmutato omni hora: ⁊ cum expressionibus, ⁊ herbis humidis, ⁊ frigidis sup caput proprie cum cucurbita, ⁊ corticibus melonis, ⁊ [x] ⌈cucumeris.⌋

v A. chuba.
x A. alcheta.

De sibare. Cap. VI.

Dicitur sibare [y] ⌈demoniuꝫ⌋ superfluum, accidens cũ sirsen calido cholerico, ita vt homo cuꝫ hoc qđ habet sirsen, alienet [z] ⌈ꝓpter demonium agitatiuũ⌋ ⁊ cũ karabito qdẽ puro fit alienatio, ⁊ rationis pmistio, ⁊ non est cũ ipso demoniũ, si autẽ est demonium est sibare: ⁊ est etiaꝫ quasi mania cõposita cum karabito: sicut karabitus est q̃si melia cõposita cũ apate calido, ⁊ febre.

Et multotiẽs qdẽ antecedit in ipa demoniũ: deide succedit ei apa, ⁊ febris. ⁊ nõ fit sibare nisi quũ karabitus est a chol'a rubea pura [⁊] ⌈et⌋ adusta. Nam quũ ipa ad cerebrũ [ꝯ] ⌈ipellit cũ pncipio sue applicatiõis facit ꝓuenire demonium: ⁊ cũ ipso, aut post ipsum ꝓuenit apa, ⁊ est causa sibare.⌋ In karabito autem est demonium accidens ab apostemate.

y A. gienun. ⁊ sic vbiqȝ iferi⁹ intelligatur.
z A. hñs demoniũ ingetuꝫ iracundum. Alia lr̃a. alienet cũ demonio inquieto iracũdo.
⁊ A. Alia litera. aut.
ꝯ A. est expulsa, ⁊ fecerit accidet demoniũ in pncipio sui aduentus, vel sue applicationis, ⁊ cũ ipsa, aut post ipsã acciderit apa tũc fit cã sibare.

Et in sibare apostema, ⁊ demoniuz ꝓueniunt simul a materia, neq̄ vnum eoꝝ est causa alterius [a] [ex quo aliud iueniatur:] et si qñq̄ fiat vnūquodq̄ ipsorum cā additionis alterius. Quūq̄ sibare incipit apparere, vigilie sunt ꝓlixe, ⁊ somnus ingetus, ⁊ timor est in somno, ⁊ [b] [oscitatio,] et spūs magnus frequens, ⁊ obliuio, ⁊ respōsio nō similis interrogationi, ⁊ oculi rubescūt, ⁊ ipsoꝝ agitatio adest, ⁊ grauitas est in eis, ⁊ sunt [c] [quasi lipi.] Et qñq̄ est in eis ſm q̄ diximus citrinitas: ⁊ fit illic sensibilitas extensionis apud [d] [spondiles] et dolor ꝓpter eleuationē vaporis: ⁊ fit etiam in eis cursus lachrymarum inuolūtarie ex vno oculo. Deinde quuz sistit̄ egritudo, indurat̄ febris, ⁊ exasperat̄ lingua, ⁊ siccatur: deinde in postremo ipsius quiescūt mot⁹ palpebraꝝ ꝓpter debilitatem: ⁊ grauitas motus ꝑuenit vsq̄ ad motum palpebraꝝ: et remanet ex demonio alienatio intercisa, cū defectu sermonis, ⁊ paucitate ipsius: ⁊ ſm plurimuz prouenit colligere villos, ⁊ paleam. Et in pulsu fit augmētuz debilitatis, ⁊ minorationis, ⁊ durities propter siccitatem. Et quādoq̄ fit sibare que non est [e] [simplex] pura: q̄re ipsoꝝ dispositio nes diuersificantur in sermone, ⁊ memoria, ⁊ motibus: plerūq̄ enim fiunt ordinati, ⁊ plerūq̄ inordinati. Et ipsius q̄dem cura est, cura sirsen cholerici cū additione in humectādo multa: ⁊ opz vt extremorum ligatio assiduetur.

a —— A.

b A. saltus.

c A. ambo oculi quasi chiditan.

d A. alchasa.

e A. simpliciter.

¶ De lethargia que est sirsen frigidum, cuius interpretatio est obliuio. Cap. VII.

Lethargia dr̄ apostema phlegmaticū factum itra craneum, ⁊ est sirsen phlegmaticū. Et plurimū q̄dē eius fit in meatibus substantie cerebri, absq̄ velaminib⁹, ⁊ vētriculis, ⁊ substātia cerebri: qm̄ phlegma raro congregat̄, ⁊ penetrat in pāniculos cerebri ꝓpter ipsorum duritiē, neq̄ in substātiam cerebri ꝓpter ipsius viscositatē: sicut etiam pleuresis ſm pl'm est cholerica, ⁊ raro fit phlegmatica ꝓpter paruitatē penetrationis phlegmatis in substātiam sifachiam. i. sifac neruosum durū. Lz sit possibile vt fiat illud in paucis ambaꝝ: possibile est enim vt cadat hoc apostema in substātia cerebri: ⁊ in eius velaminibus. Et hec quidē egritudo nominat̄ nomine sui accidētis. [f] [Uerūtamen lethargia vniuersal'r] est obliuio. Et hanc egritudinē cōmitatur obliuio: ⁊ ꝓpter nomen eius errant in ipsa plures medicoꝝ ignorātes q̄ [g] [intētio] in ip̄a est egritudo facta ex apostemate frigido: imo existimant, q̄ hec egritudo in seipsa sit obliuio: Et [h] [q̄] q̄dā medici sunt, qui nominānt lethargiā omne ap̄a frigidū in cerebro: siue sit melācholicū, siue flaticū: verūtn̄ plures antiquoꝝ flaticū, hoc noie appropriauerūt: ⁊ tuum est vt in ipso noies vtrunq̄. Et h⁹ q̄dē egritudinis mā ꝓpinqua est mā [i] [sadur,] sed est vehemētius ꝯfirmata. Et hec egritudo gñat̄ ab oī, quo gñat̄ humor flaticus ⁊ in quo sunt vaporatio, ⁊ putrefactio. Quapropt̄ plurimū gñatur a comestione cepaꝝ. Et gñatur ex repletione nimia stomachi, ⁊ multitudine potus: et multitudine comestionis fructuum.

f A. qm̄ iterp̄tatio lithargie.

g A. Alia litera. accidens.

h A. q̄uis.

i A. sedar.

¶ De signis eius. Cap. VIII.

Sunt soda leuis, ⁊ febris lenta: necessaria eni est febris in omni ap̄ate facto ab humore putrefacto. Et ꝓpter hoc separat̄ a subet: verūtamen ipsa est lenta qm̄ materia est phlegmatica. Et hec q̄dem febris quādoq̄ non sentitur cuz ea: ⁊ fit cum ea subet grauis. Sicut enim hn̄s eam, aperit oculum, sic claudit: ⁊ fit cum ea obliuio: et [k] [spiritus] est rarus, ⁊ tardus, valde debilis. [l] [Et fit quasi cum strictura spūs parūper] ⁊ cū sputo, et multa oscitatione, ⁊ aptione oris, ⁊ ipsius clausione: ⁊ qñq̄ remanet eius os post oscitationē aptum ꝓpter obliuionē, q̄ oporteat eum ipsum claudere [m] [et] ꝓpter pigritiam ab ea: ⁊ si velit ip̄m claudere: ⁊ adest ei singultus ꝓpter cōitatem stōi: Et albedo in lingua: ⁊ pigritia in respōsione, ⁊ in motu palpebraꝝ: ⁊ cōmistio intellectus. Et egestio ſm plurimū est humida, ⁊ si siccat̄, siccat̄ leuiter, ⁊ tēperate. ⁊ vrina est sicut vrina asinoꝝ. Et qñq̄ accidit ei tremor, ⁊ sudor extremitatū: Et sunt cū diuersitate habētium karabitū. Ipsi eniz in lectis suis [n] [p̄cipitati iacent:] karabitū ꝟo hn̄tes [o] [eleuantur,] ⁊ pulsus ipsoꝝ sunt [p] [magni multū] rari tardi [q] [tremuli] vndosi, sil'es pulsibus ꝑipneumonicoꝝ. Uerūtn̄ sunt minoris latitudinis, ⁊ lōgitudinis, ⁊ tardiores ⁊ fortius rari, ⁊ minoris diuersitatis: qm̄ nocumētum cordis ab ea factū, est minus. Et cadit in pulsu eius cadēs in medio plus: qm̄ virtus vitalis in ip̄a est sanior, ⁊ febris cū ea est minor ꝓpter lōgitudinē ipsius a corde. Sed eius [r] [obliuio] est maior, qm̄ mā hec est in ipso cerebro, ⁊ in ꝑipneumonia eleuatur ex ap̄ate pulmonis: q̄ si melancholicū dicat̄ lethargia tunc eius signa sunt: q̄ dolor fit fortior, et fiunt cuz ea rixa, ⁊ alienatio, ⁊ oculi sunt apti intuētes in vno loco. Et quuz lethargia est in substātia cerebri, subet est fortior: ⁊ difficultas motuū est maior: ⁊ albedo lingue est in ipsa valde vehemens: et oculi ad exituz tēdunt: ⁊ difficultas motus, ⁊ dolor ad lassitatē tēdunt. Si aūt est in velaminibus, dolor est fortior, ⁊ mot⁹ sunt leuiores: Et accidit in eis multotiens retētio vrine ꝓpter obliuionē, ⁊ ꝓpt̄ debilitatē lacerti vrinalis. Ex signis aūt incessus hominis ad lethargiā, est multitudo tremoris capitis cū pigritia, ⁊ grauitate. Quūq̄ fortiora fiunt accidētia lethargie, ⁊ multiplicat̄ sudor valde, est tunc perimēs: ꝓpterea q̄ sudor deijcit virtutē. Et quum [s] [spūs] dilatat̄, ⁊ fit bonus, ⁊ declināt accidentia, tunc tēdit ad salutē: ⁊ ꝓprie si apparent ap̄ata post aurem: plurimū enim crisis eius, fit per eam.

k A. anhelitus.

l A. q̄si ipse anhelit⁹ sit cuz strictura pauca.

m A. Alia litera aut.

n A. descendunt

o A. ascendunt.

p —— A.

q A. vmiculares

r A. Alia litera. subet.

s A. anhelitus.

¶ De cura. Cap. IX.

Si non fuerit qđ prohibeat phlebotomet̄ prius, deide administra eis clisteria acuta, ⁊ attrahat̄ mā ad inferiora. Et fac euz vomere cū pēna sinapi, ⁊ melle illinita. Et fac eū quiescere in domo luminosa. Et ꝓhibe ipsum ne in subet ꝓfundetur assidue excitādo ipsum. Et in p̄ncipio rei repelle materiā cum oleo ros. ⁊ aceto. Deinde post duos dies a p̄ncipio sui, misceat̄ eis castoreum: ⁊ sit acetum squilliticū, ⁊ nō potes aqua frigida ipsum nisi parūper, ⁊ in principio proprie: et apud statum eius, ⁊ ꝓprie in fine sui [t] [et] prohibe illud: deinde inunge corpus eius oleo, ⁊ nitro, ⁊ semine vrtice, ⁊ laureole, ⁊ pipere, ⁊ piretro, ⁊ similibus: ⁊ administra embrocas fortis resolutionis. et odoramenta, ⁊ sternutamēta, ⁊ gargarismata subtiliatiua in quibus sunt hasce, ⁊ isopus, ⁊ calamētum, ⁊ origanū. Et gargarismata cū melle, ⁊ squilla, ⁊ reliq̄s, que sciuisti in canone. Et quū squillam sup̄ caput eius administras, ꝓprie humidaz, valde ea iuuat̄: ⁊ administra etiā reliqua rubificantia super caput: et linimentuz fac ex sinapi. Et frica extremitates eius, ⁊ comprime eas donec rubescāt, ⁊ doleāt: qm̄ est magni iuuamēti, ⁊ fiat illud assidue. Quum aūt in subet ꝓfundi fiunt, extende capillos

t —— A.

ipsoꝝ, ⁊ euelle quosdam eoꝛuꝫ: ⁊ pone etiam apud nocram vētosas multas cum igne absq icisione: et forte incisio tibi necia est quū est necessitas euonis sanguinis. Et quū nutris, nutri eos cū aliqb⁹ que sint sicut aqua lupinoꝝ, ⁊ aqua ciceris cū [a] ⌈oꝛdeo fracto.⌋ Quūq eos cibaueris, cōpꝛime extrema ipsoꝝ aliqbus hoꝛis, vt vapoꝛ ad supioꝛa nō trahatur. Qđ si tibi necessariū fuerit ꝓpter egritudinis longitudinē vt potes ipsuꝫ solutiuo, ⁊ ꝓpꝛie qñ cū ipso apparet tremoꝛ, pota ipm duabus tertijs auī. ex castoꝛeo cū pauca scamonea, que sit minus pondere vnius danic. Et si timeť supfluitas febꝛis, aliena scamoneā, ⁊ sis ɔtentus castoꝛeo, ⁊ pmutatione cōplexionis absq euone. Et melioꝛ euacuationuꝫ, illa est, que fit cū clisteri. Si aūt alia fuerint tibi necessaria da ei ad potandū hierepigre pōdus. ʒ. vni⁹ cū quarta. ʒ. vnius de pulpa collogntide, ⁊ [b] ⌈trib⁹ ʒ.⌋ myrobalāoꝝ, ⁊ danic vno masticis: si febꝛis nō est vehemētis caloꝛis, ⁊ ɔfidis ꝙ soluat: ꝙ si nō ɔfidis, ꝓpter illud fac ei suppositoꝛia, aut collyria, vt due cause ad illud faciendū se iuuent: deinde excita ipsuꝫ, ⁊ p̄cipe ei vt pmutetur ad egerendū. Et quū ei accidit obliuio vꝛine, ⁊ stercoꝛis, embꝛoca vtraq emunctoꝛia, ⁊ ventrē cum aquis, in qbus cocta sint camemilla, ⁊ melilotū, ⁊ viola, ⁊ radices [c] ⌈lilij⌋ ⁊ cōpꝛime vesicam, vt vꝛinā emittat. Deinde quum finitur egritudo, administra [d] ⌈restauratiua: ⁊ fac eum tolerare terminum exercitij parui,⌋ ⁊ adhibe ei regimen conualescentium.

a A. chisch oꝛdei Alia lr̄a. ⁊ aqua chisch oꝛdei.

b A. Alia litera. ⁊ tertia pte. ʒ. j.

c A. Alia litera liquiritie.

d A. alaragiba, ⁊ p̄cipe ei exercitium paruum. Alia lr̄a. alaragiba, ⁊ administra onera p̄mo, deinde exercitiū paruum. Alia lr̄a. egritudo ptrāsierit statum administra alaragiba.

De aqua intra craneum. Cap. X.

Quoniam quādoq aggreganť humiditates aquose intra craneū, ⁊ extra ipsuꝫ, tunc si fuerint extra craneū, sigbit eas qđ propinque dicemus. Et si sunt intra craneū, ⁊ locus eaꝝ supꝛa pāniculū durū, sentit eger grauitatē interius, ⁊ fit cū ea difficilis clausio oculi: imo nō est possibilis: ⁊ humectanť oculi valde, ⁊ lachꝛymanť assidue, ⁊ stant aperti intuentes in vnū locū: ⁊ in cura huiusmodi non est ingenium.

De apatibus, que sunt extra craneum, et aq̄ extra [e] ⌈caput ⁊ atasijm rosamū. i. inflationib⁹.⌋ Ca. XI.

Quandoqꝫ accidūt in velaminibus, que sunt extra caput apata calida, ⁊ frigida. Et qñq accidit, ⁊ ꝓpꝛie ifantibus, egritudo que est ɔgregatio aque in capite: et qñq etiā accidit maioꝛibus. Et hec qdeꝫ egritudo est humiditates retēte inter craneū, ⁊ cutē [f] ⌈et⌋ inter duos pāniculos extrinsecos: ⁊ [g] ⌈accidunt inferioꝛatio⌋ in loco illo capitis, ⁊ fletus, ⁊ vigilie. Infantibus qdē accidit illud s̄m plm̄, quuꝫ obstetrix errat, ⁊ cōpꝛimit caput, ⁊ separat ipsuꝫ, ⁊ aperiunť oꝛificia venaꝝ: ⁊ currit ad illud qđ est sub cute, sanguis aquosus. Et qñq sūt humoꝛes alij ab humiditatibus aquosis. Qꝛ si coloꝛ cutis est cuꝫ dispōne sua, ⁊ cutis est eleuata cōpꝛessa expulsa, tunc est aq̄ in capite: ⁊ si coloꝛ est mutatus, ⁊ tactus diuersus, ⁊ est ibi foꝛtitudo, ⁊ ꝓhibitio ad expellendū, ⁊ sentitur moꝛdicatio, ⁊ doloꝛ: tunc ibi est apa extra craneū. In infantib⁹ aūt ⁊ alijs, quū est aqua in capitibus eoꝝ, ⁊ hoc plm̄ nō fit nisi in ifantibus: tūc opꝫ vt cog̊scas an sit multa, ⁊ an sit expulsa ab exterioꝛib⁹ ad iterioꝛa violēter: nā si talr̄ fuīt nō medicať. Si aūt fuerit pauca, ⁊ retenta inter cutē ⁊ craneuꝫ, tunc fac aut scissuraꝫ vnā, in latitudine, aut si fuerit multa tunc fac scissuras duas sese secantes, aut tres scissuras secātes se, si fuerit plurima, ⁊ euacueť qđ est in ipso: deinde stringe, ⁊ liga, ⁊ suppone ei vinū, ⁊ oleum vsq ad tres dies: postea solue ligaturam, ⁊ medica cū vnguentis, ⁊ licinijs, si eis idigueris ⁊ [h] † ⌈ ⌋ filo, ⁊ puluerizatiōe, si illud sufficit, ⁊ non indiges vnguentis. Et si carnis gñatio tardatur, p̄cipitur vt os leuiter radať vt caro nascať. Si aūt aqua fuerit valde pauca, sufficit tibi vt resoluatur humoꝛ aquosus [i] † ⌈ ⌋ cū emplastris. Que aūt ex apatib⁹ extrinsecis sunt calida, ⁊ que frigida, cognosces tactu, ⁊ coloꝛe, ⁊ ɔueniētia eius qđ ad ipsam ꝓuenit. Et in oibus qdē sentit eger doloꝛē cōpꝛimentē craneū, ⁊ quuꝫ tangis inuenis doloꝛē. Et cura ipsuꝫ medicamine leuioꝛe ex cura sirsen: ita tñ ꝙ tu sis securus in administratione foꝛtioꝛis in ipso. Et ventose qdē in ipso ɔferūt plus minutione. In [k] ⌈atasijm⌋ aūt ifantium opꝫ vt lactās aquā potet oꝛdei, aut aquā sauic eius, si infans solutionem habuerit: ⁊ infanti detur ad potandū tūc aliquantulū spodij toꝛrefacti, ⁊ se. poꝛtulace toꝛrefacti. Solutio enim in hac egritudine est mala. Et lactanti interdicatur [l] ⌈balneum⌋ ⁊ ponatur super sinciput eius [m] ⌈viola infrigidata.⌋

h † A. aut cū sutura facta cum

i † A. pꝛohibēs

k A. hathas.

l A. althocme.

m A. Alia litera oleum violatuꝫ infrigidatum.

De subet asħari quā quidam medicoꝛum nominant suchos, sed nō est ipsa imo suchos est species ɔgelationis. Cap. XII.

Hec egritudo est egritudo sirsemiati cōposita ex sirsen calido ⁊ frigido: qm̄ apa est factum ex duob⁹ humoribus simul. s. phlegmate ⁊ cholera. Et eius qdē causa est repletio, quā generat gulositas, ⁊ multitudo comestionis, ⁊ potus ⁊ ebꝛietatis. Et vtriq qdē humoꝛes qñq equanť, ⁊ qñq vnus ipsoꝝ vincit, ⁊ vincunt tūc eius signa. Si ergo phlegmaticus vincit, noiatur subet sħari.

Et si vincit cholericus, noiať [n] ⌈sahara⌋ subetia: ⁊ qñq [o] ⌈ɔueniunt⌋ in egritudine vna cū numero, vt vnusqsq eoꝝ ipugnet alteꝝ, ⁊ qñq vincet phlegma, ⁊ quandoq cholera. Et facit qdem phlegma in ipsa subet [p] ⌈quādoq⌋ ⁊ grauitatē, ⁊ pigritiā, ⁊ clausionē oculoꝝ. Et difficile fit eis rñdere ad illud qđ querit ab eo: Et est ipsius respōsio, rñsio tardātis, ⁊ cogitantis. Et cholera quidem in ipsa efficit [q] ⌈inquietudinē⌋ ⁊ alienationē [r] ⌈ɔtinuam, ⁊ palpitationē.⌋ Et neq pmittit ipm ꝓfundari in subet: imo eius subet, est subet a quo excitať, quū excitatur. Et quuꝫ phlegma vincit grauať subet, ⁊ clauditur palpebꝛa, quū aperitur. Et qñ vincit cholera excitatur, [s] ⌈⁊ alienatur, ⁊ ꝓuenit⌋ ad motū, ⁊ aperit oculū absq palpitatione, ⁊ nō claudiť: imo ipsi⁹ superioꝛ extremitas attrahiť, sicut accidit patienti sirsen: ⁊ desiderat resupinari, ⁊ eius resupinatio est nō naturalis, ⁊ [t] ⌈inflatur ipsius facies⌋ ⁊ declinat ad viriditateꝫ, ⁊ rubedinem, s̄m ꝙ in dominatione dispositionū eius trahiť palpebꝛa eius ad superioꝛa, ⁊ [u] ⌈clamat.⌋ Et quuꝫ aperit oculum suum, est ipsius apertio, sicut apertio habētis suchos, ⁊ ɔgelationem absq palpitatione: quū autem loquitur, eius sermo nō est oꝛdinatus: ⁊ strangulať ab aqua ita, vt plurimū redeat aqua ex naribus eius. Et similiter strangulať a soꝛbitionibus. Et hec quidem signa sunt mala. Et multotiens accidit in ipsa retentio vꝛine, ⁊ egestionis, ⁊ paucitas vtriusq. Et accidit eis strictura spiritus. Et quandoq similatur in pluribus dispositionibus pꝛefocationi matricis.

Veruntamen facies in pꝛefocatione matricis est cum dispositione sua, ⁊ adsunt reliqua signa pꝛefocationis dicta in capitulo suo: hic autem possibile est, vt in ea aliquid loquendo eger annuntiet: et si

n A. sheria.

o A. contingit.

p —— A.

q A. vigilias.

r A. ⁊ intuitū in vno loco ɔtinuū

s A. ab eo cū facilitate quum fit excitatio vl' quū ab aliquo excitatur, ⁊ alienat, et intendit.

t A. facies eius fit thebegi.

u A. fit oꝛegmō.

precipit vt intelligat. In ea autem cuius matrix p̄/
focata est, non est pole illud, dũ in p̄focatione pseue
rat. Et hec qdez egritudo silis est lethargie: sed tñ
differt ab ea: qm̃ facies non est cũ dispõne sua, sicut
est in patiẽte lethargiã, ꝛ iteꝝ eis adsunt vigilie, et
aptio oculoꝝ absq3 palpitatione: ꝛ febris est in ipa
fortior, ꝛ similat karabito: sed tñ differt ab eo: qm̃
subet i [a] ⌈ipsa⌋ est maior, ꝛ alienatio minor. Et pul
sus qdẽ eius est velox, ꝛ frequẽs, ꝑpter apa, ꝛ per/
mistionez [b] ⌈ꝯgelatiuã⌋ quare diuersificat a pulsu
lethargie: ꝛ est latus, ꝛ breuis ꝑpt phlegma ꝛ apa
[c] ⌈suũ: q̃re diuersificat⌋ a karabito: ꝛ ipsius qdem
breuitas est ꝑpter latitudinez sui. Amplius est for/
tior pulsu lethargie, ꝛ debilior pulsu karabiti. Et
fit pulsus non extensus, rarus valde, spasmosus, si/
cut fit in prefocatione matricis. Sed virtus in ipsa
non remanet, neq3 egreditur ab ordine oi illo egres
su, sicut fit in prefocatione matricis: imo virtus ca/
dit, ꝛ pulsus fit frequens.

a A. ista.

b A. Alia litera. febrilem.

c A. eius diuersum.

¶ De cura. Cap. XIII.

Cura autẽ cõis est flõmia, sicut scis:
deinde clisteria in quoꝝ [d] ⌈at/
tractione⌋ ꝛ lenitate addas ſm q̃ʒtitatẽ
in qua iuenis mãm ſm signa p̄dicta, ita
vt cognoscas an vincat chola, vel fla.
Et cibus ẽt ꝑhibeat ſm ꝙ fit in karabito, ꝛ ꝑprie
si eius cã fuerit multitudo cibi. [e] ⌈Quaꝑpt quũ
cã fuerit multitudo cibi⌋ fac egrũ vomere, ꝛ purga
stõm ipsius. Si aũt cã eius fuerit ebrietas, non cu/
rabit oino donec abscindat ebrietas: deinde sis cõ
tẽtus humectãtibus caput ipsius: deĩde ad vltimũ
curet eo, quo curat finis ebrietatis. Et ipsius qdẽ
spẽs cõicãt in embrocis, ꝛ emplis, ꝛ sternutatorijs
predictis ꝛ eũonibus subtilibꝰ cũ eo, qꝺ bibitur, ꝛ
clisterizat sicuti scis. Et iste qdẽ medicine in ipa nõ
sint in termino frigiditatis, que p̄cipit in karabito,
neq3 in termino calefactionis que p̄cipit in lethar/
gia, sed sint cõposita ex eis, ꝛ vincat in eis illud qꝺ
opz, ſm ꝙ appet, ꝙ aliqs duoꝝ humoꝝ sit magis
abũdans. Et tibi qdẽ iam p̄missuz est in canone to
tũ qꝺ opz facere in hꝰ. Et opz vt ponas in embro/
cis eius, si fuerit chola supabũdans, folia salicis ꝛ
violas, ꝛ radices [f] ⌈lilij⌋ ꝛ ordeũ cũ camemilla, et
corona regia, ꝛ aneto. Et qñq3 das in potu sirupuz
de papauere, si nõ timet [g] ⌈ꝙ supueniat ei⌋ sõnium
flatis: ꝛ intentio qdẽ quare ei in potu tribuit, est vt
dormiat. Qꝺ si vtreq3 mãe sint eq̃les adde in his
[h] ⌈hasce ꝛ amaracũ.⌋ Et si phlegma est supabun/
dans, adde in eis folia lauri, ꝛ rutã, ꝛ mẽtastruz, et
isopuz, ꝛ castoreum, ꝛ origanũ. Et silr est dispositio
in emplis, ꝛ enematibus ſm hunc canonẽ: ꝛ tibi q/
dem est possibile colligere ea ex antidotario. In fi/
ne aũt egritudinis, ꝛ postq̃ʒ declinauerit ĩfirmitas,
tunc aliena ab eo embrocas frigidas: ꝛ sis ꝯtentus
subtiliatiuis que scis: deinde balnea ipsum, ꝛ rege
cum regimine conualescentium.

d A. acuitate.

e —— A.

f A. Alia litera liquiritie.

g A. Alia litera in eo.

h A. sceha ꝛ margiangius.

¶ De plaga ꝛ incisione cutis capitis, ꝛ que taliter currunt. Cap. XIIII.

Separatio eueniens in capite,
aut est ĩ cute, ꝛ car/
ne [i] ⌈aut in osse: aut manifesta: aut in si/
maci: aut ita ꝙ ossa inde extrahẽda sũt
aut simac: ꝛ ex simac est alfuturati: ꝛ ẽ
vt exuberet velamẽ ad exteriora, ꝛ apet, ꝛ impin/
guet: ꝛ fiat sicut futurati: ꝛ ex eis est que fit in dura
matre, ꝛ in seruatiua⌋ ꝛ in eis est timor. Et in vulne
ribus qdẽ ꝑuenientibus ad pãniculũ cerebri acci/
dit lassitas in latere vulneꝝ, ꝛ spasmus in opposito
eius. Et quuz incisio non ꝑuenit ad ventres, sed ad
terminum velaminis subtilis, est magis ĩcolumis.
Quũ vo ꝑuenit ad cerebrũ, apparet febris, ꝛ vomi
tus chole. Et non est ex eis, que sanat nisi raro. Et
ꝑpinquior ad incolumitatẽ qdẽ [k] ⌈ĩcisio est, que ca
dit ad futurati duoꝝ vẽtrium anterioꝝ:⌋ quũ enim
cito succurris ei, ꝯtinuat. Ille vo que in duobꝰ vẽ
tribus posterioribꝰ fiũt sunt prauiores: ꝛ ea que fit
in medio, prauior est ea, que fit in posteriore, ꝛ re/
motior vt redeat ad dispõnez nãlẽ, nisi sit valde par
ua. [l] ⌈Et p̄ncipiuz qdẽ ꝯsistit in emplis⌋ ꝛ erit eius
rectificatio velocit. In cura vo [m] ⌈ꝯsistit p̄ncipiũ⌋
ad ꝑhibẽduz apa cum eo qꝺ tolerat dispositio. Di/
stinctionẽ vo medicaminis vulneris plagatiui, qꝺ
est in cute, ꝛ carne, dicemus vbi vlceꝝ rememorabi
mur in libro. iiij. ꝛ dicemus curam fracture, que est
ex eis in caplo fracture, ꝛ restaurationis. Et medi
ci in fractura cranei, in qua extrahenda sunt ossa,
hñt duas intẽtiones: intẽtio eniz quorũdam est, vt
declinẽt ad medicinas sedatiuas, que dolorẽ vehe/
mẽter q̃escere faciunt: ꝛ intentio est alioꝝ, q̃bus vi/
det, ꝙ administrãde sunt medicine vehemẽtis de/
siccationis, ꝛ administrãt post ĩcisionẽ fracti, ꝛ era/
dicationẽ secti, ꝛ extractionẽ fracture eius, medici/
nas attractiuas in vnguẽtis, ꝛ alijs, supra locũ, su/
pra ipsuz exterius existente epithimate ex aceto et
melle. Et hoc mõ per manus hoꝝ posterioꝝ ꝑue/
nit maior incolumitas, q̃ʒ per manus prioꝝ: ꝛ illud
quidẽ non est miruz: Gal. eni dixit, ꝙ cõplexio ossis
ꝛ pãniculi est sicca.

i A. aut est semacha, aut est ĩ osse, ꝛ est aut mudaha, aut est hesame, aut menachele, ꝛ ex menachele, est alchatoara, q̃. est quũ egredit ad exteriora velamẽ, et apatur ꝛ fit sicut alchathara: ꝛ ex ea est alame, et algiaise. Alia lra. aut in osse ẽt: ꝛ est aut mudaha, aut est hesme, aut menachele, aut est semach: ꝛ ex semach q̃dã est alfatare. i. fũgalis: ꝛ est vt exuberet vel ĩgrediat velamẽ ex craneũ, ꝛ apet, ꝛ ipiguetur ꝛ fiat sicut fũgus: ꝛ ex ea ẽ, q̃ fit in dura mr̃e, vel pia matre.

k A. sepatio ꝯtinui dcã fũgalis est illa q̃ cadit ĩ anterioribꝰ duobus cerebri ventribus.

l A. ꝛ sit festinatio ad ꝯtinuitatem, vel aggregationem eius.

m A. eius sit festinatio.

¶ Tractatus quartus de egritudinibus capitis, ꝛ plurimo nocumento ipsius in operationibus sensus ꝛ motus.

¶ De subet ꝛ somno. Cap. I.

Dicitur subet somnus super/
fluus, ꝛ grauis: nõ tñ
ois supfluus, ꝛ grauis: sed ille cu/
ius grauitas est in [n] ⌈mã⌋ ꝛ q̃lita/
te silr: ita vt ipsius spatiũ sit ꝑlixius
ꝛ eius [o] ⌈eleuatio fortior, ꝛ debili/
tet⌋ excitatio ipsius ab eo. [p] ⌈Si
aũt excitat tunc sõnus eius⌋ est nãlis in q̃ʒtitate, et
qualitate sua. Et eius qdẽ alius est grauis, ꝛ alius
est subet ꝑfundus. Sõnus autẽ vlr est reditus spi/
ritus aialis ab instr̃is sensuũ, ꝛ motuũ ad p̄ncipiũ,
cuz quo priuant ipsoꝝ instr̃a [q] ⌈ab exitu opationis
in ipsis⌋ nisi que necia sunt ad hoc, vt vita perma/
neat: ꝛ illa sunt, sicut instr̃a [r] ⌈spiritus.⌋ Et sõnus
quidẽ nãlis absolute est cuius reditus est cuz ꝑfun/
datione spiritus vitalis ad iteriora, vt digeratur ci/
bus, quẽ in ipso sequitur spiritus aialis, sicut fit in
motibꝰ corpoꝝ subtiliuz, ꝑmistoꝝ, ꝑpter necessita/
tẽ vacuitatis: ꝛ q est etiaz propter quietẽ eius [s] ⌈et
vt spiritus adiũgat sibi partẽ eius, quo nutriatur,
ꝛ substentet, ꝛ augmentet⌋ substãtia ipsius, ꝛ reci
piat restaurationẽ eius qꝺ ex ipso in vigilijs resol/
uitur. Et huic qdẽ ꝑpinquus est, qui accidit ei, qui
sanitati vicinus est ab egritudine sua. Accidit eniz
ei sõnus ꝑfundus, ꝛ significat sedationẽ egritudinis
eius: ipse tñ in sanis nõ significat bonitatẽ. Et qñq3
etiã accidit sõnus hꝰ generis, ei qui euacuatus est
medicina plurimuz: ꝛ sõnus ille confert ei reddens
ipsuz virtuti sue. Et [t] ⌈plurimũ⌋ accidit sõnus non
absolute naturalis: ꝛ ille quidem est reditus qui fit
ad principiũ ꝑpter superfluitatẽ resolutionis spiri/
tus, ꝛ non tolerat eius substãtia dilatationez ꝑpter
defectũ [v] ⌈sui augmenti⌋ sup illud, qꝺ sufficit [x] ⌈ap/
plicationi⌋ causa resolutionis facte ex motu: ꝑfun/
datur ergo

n A. Alia litera. tempore.

o A. fora seu eiꝰ q̃litas sit fortior q̃re difficilis sit.

p A. q̃uis excitetur. sõnꝰ. n. qdã.

q A. a spiritibus in actu. Alia lra. ab exitu in actu.

r A. anhelitus.

s A. ꝛ ꝑp aggregationẽ spũs ad seipz, donec nutriat, ꝛ augmentetur, ꝛ addat.

t A. quandoq3.

v A. additionis.

x A. ad radices.

datur ergo sicut fit in dispositione laboris, ⁊ exerci
tij fortis. Et illud fit ꝓpter euacuationē superfluam
accidētem spiritui aiali. Natura [a] ⌈igit̄ fit prompta
ad recipiendū qđ est in substātia eius vt ꝯsequatur
ipsa ex nutrimēto substētaculum.⌋ Dr̃ia vero inter
ipsum, ⁊ illū qui est ante ipsum, est sicut dr̃ia iter pe
titionē cibi a corpore sano, vt sit loco resolutionis
nālis ex eo, ⁊ petitionē cibi a corpore debilitato a
solutione, ⁊ fluxu sanguinis. Primus eniz duorum
sonoꝝ petit restaurationē resolutionuz vigiliaꝝ, et
est res nālis, ⁊ scđs petit restaurationē resolutionis
laboris, ⁊ nō est nālis. Et qn̄qꝫ accidit somnus nō
nālis absolute, ⁊ est vt sit reditus spūs aialis ab in/
strumentis ꝓpter causam īfrigidantē, substātie spi
ritus ꝯtrariā, aut extrinsecus, aut ex medicinis in/
frigidantibꝰ, ⁊ instr̄a adipiscuntur frigus [b] ⌈incon
ueniens⌋ penetrationi spūs vitalis in eis f̄m modū
suuz [c] ⌈renouantē infusionem spūs in eis adunati⌋
corrūpens cōplexionē, qua recipit v̄tutem aialez. s.
spūs a pn̄cipio, quare residuū redit [d] ⌈ad ꝓfunduz
pectoris, ⁊ fit piger⌋ ad dilatationem ꝓpter frigus
cōplexionis, ⁊ hoc est stupor. Et qn̄qꝫ etiaz accidit
ꝓpter cām humectantē instr̄a, ⁊ ꝑturbantē [e] † ⌈
⌋ substātiam spūs, ⁊ oppilantē viam eius, ⁊ la/
xantē substātiam neruoꝝ, ⁊ lacertoꝝ [f] ⌈⁊ mollifi/
catio⌋ quā seqt̄ur oppilatio, ⁊ cooperimentuz, que
ꝓhibet spm̄ penetrare, qm̄ spūs ipsius substantia
iam est igrossata ⁊ ꝑturbata: ⁊ qm̄ instr̄a eius iam
sunt corrupta ꝓpter humiditatē, ⁊ lassitatē eoꝝ si/
mul, ⁊ iste est sonus ebrietatis. Et accidit quod est
huic accidenti ꝓximum ꝓpter [g] ⌈nimiaz stomachi
repletionē⌋ ⁊ ꝓlixitatē more cibi in stomacho: hoꝝ
aūt subet remouet̄ vomitu. Et hec due cause quum
firmant̄, sunt causa qua pl'm accidit subet. Quan/
doqꝫ etiam adunat̄ frigus, ⁊ [h] ⌈iuuat ipsuz⌋ humi
ditas simul in causis somni: verūtn̄ causa [i] ⌈antece
dens tunc est ex frigore⌋ ⁊ iuuat ipsum humiditas:
sicut aggregantur in vigilijs caliditas, ⁊ siccitas: ⁊
est causa vera ipsa caliditas, quam iuuat siccitas.

Subet p̄terea sunt cause alie, ex qbus est vehemē
tia paroxismoꝝ febris, ⁊ euentus nature cū [k] ⌈essen
tia sua⌋ super egritudinē, ⁊ ipsius cōprehensio sub
materia: ⁊ seqt̄ur ipsam spūs aialis, sicut dictuz est:
⁊ ꝓprie si materia febris est frigida phlegmatica: ⁊
ipsa qdem non [l] ⌈calefacit⌋ nisi cuz putredine. Et
qn̄qꝫ fit ꝓpter malitiam humoꝝ, ⁊ vapoꝝ ascendē
tiuz ad anterius cerebrū a stomacho, aut pulmone
in egritudinibus suis, ⁊ reliqs mēbris. Et qn̄qꝫ fit
ex multitudine vermiuz ⁊ ascaridū. Et qn̄qꝫ fit ex
coarctatione cerebri ipsius sub osse cranei: aut la/
mina eius, aut cortice ipsius, cum cerebro aduenit
percussio, ⁊ vehemētior vētrium ad faciendū subet
apud icisionem, est vehemētior eoꝝ ad faciendum
subet apud cōpressionē. Et quandoqꝫ fit ꝓpter ve/
hementem dolorem ꝑcussionis euenientis lacertis
tēporis. Aut f̄m cōmunitatē lesionis in ore stoma/
chi, aut in matrice, quare ꝯtrahitur ex eo cerebrū,
⁊ oppilat vias spūs sensibilis taliter, ꝙ cum ea fit
difficilis motus spūs ad ꝓcedenduz. Et qn̄qꝫ fit ꝓ/
pter vehemētem debilitatem spūs, ⁊ resolutionem
ipsius, quare fit difficilis eius dilatatio. Et qm̄ pri/
mi sensuuz qui priuantur in somno, ⁊ subet, sunt vi/
sus, ⁊ auditus, oportet tunc vt sit impedimētum in
subet in anteriore cerebro, ⁊ ꝓpter cōitatem [m] ⌈cor/
ruptionis⌋ imaginationis. Nam si [n] ⌈non esset cō
munitas anterioris cerebri⌋ ⁊ nō accideret nocumē
tum, nisi posteriori parti, nō oporteret vt visui ⁊ au
ditui ꝓueniret ꝑuatio: neqꝫ esset somnus, imo esset

a A. eni sollicita est ⁊ prompta ad retinēduz qđ est in sb̄a eiꝰ quousqꝫ cōsequat̄ ipsa ex cibo restaurationem.

b A. cōtrarians.

c A. ⁊ stupefaciē tē ꝑtē spirituū q in eis aduenijt

d A. ꝓfundās se ex cōtrario, ⁊ fit pigrum.

e † A. sensus ⁊.

f A. laxatione ⁊ mollificatione.

g A. altochyme.

h —— A.

i A. pn̄cipal' ex eis, tunc est frigiditas.

k A. totalitate sua.

l A. calefit.

m A. fit corruptō

n A. ps anterior cerebri esset icolumis, vel sana.

destructio motus, ⁊ tactus solūmodo, ⁊ essent sen/
sus reliqui cum dispōnibus suis, sicut contingit in
egritudin ibus ꝯgelationis, ⁊ sochos: non esset no/
cumētum qđ subet affert sensui vltra nocumentuz,
qđ infert motui. Nam ipse destruit sensum oīno, et
nō penitus destruit motū: remanet enim icolumis
in anhelitu. Et oportet qdem ne oppilatio proue/
niens in subet sit cōpleta, neqꝫ cum multa spissitudi
ne: ⁊ si non, fiet nocumētum in anhelitu. Ois autē
subet ex cōplexione pēdens est ꝓpter frigus primo
⁊ ꝓpter humiditatem secūdo. Amplius quandoqꝫ
fit permutatio ad subet, sicut ex peripneumonia, et
pleuresi, ⁊ sitibus. Et qdam hominū sunt, quoꝝ hu
mores dum sedent [o] ⌈sunt fracti, nō nocentes qua/
re cooperit eos⌋ dormitatio: quūqꝫ se prosternūt ꝓ/
fundatur calor inatus, ⁊ feruent, ⁊ excitant̄ vapo/
res [p] ⌈cerebri quare somnus nō ipsum cooperit:⌋
⁊ precipue in eo qui est sicce cōplexionis. [q] ⌈Quuz
ergo multiplicant̄ coopture⌋ somni indicant egri/
tudies: [r] ⌈⁊ sicut aq̄ granatoꝝ tardat in stomacho,
que retinet vapores, ⁊ liberat a vigilijs.⌋ Et nos
quidē iam diximus qualiter oportet esse formā ia/
centium super cibū: nūc autem dicemus, ꝙ vsus re
supinationis multotiēs ledit dorsum, ⁊ laxat ipm:
cuius qdem cura est vsus surgendi plurimus. Ex
somno preterea in sole timet̄ capiti. Et qui fit in lu/
na facit possidere screatum sanguinis, qui fit cū ra/
scatione, propterea ꝙ luna mouet humores. Et cā
qdē sonitus gutturis, est cooptura oris cāne, quare
spūs non egreditur, nisi in voce humiditatis.

¶ De signis specierum subet. Cap. II.

Si autem subet fit ex frigore pu
ro extrisecus, eius si/
gna sunt, vt fiat propter successionē fri
goris vehemētis aduenietis capiti ex/
terius: aut ꝓpter frigus intra corpus,
⁊ cerebrū: ⁊ non iuenitur in facie iflatio, neqꝫ in pal
pebris, ⁊ color tēdit ad viriditatem. Et pulsus est
extēsus tēdens ad duritiem cū raritate vehemēti.

Et si subet fit ex frigore potꝰ alicuius medicinaꝝ
narcoticaꝝ, que sunt opiū, ⁊ iusqamus, ⁊ radix mā
dragore, ⁊ semē mādragore, ⁊ nux metel, ⁊ fūgus,
⁊ lac in stō caseatū: ⁊ coriādrum humiduz, ⁊ semen
psilij [s] ⌈multuz⌋ sigt̄ur signis que dicemus de vna/
quaqꝫ eaꝝ in caplo de venenis: ⁊ vt subet fiat cum
alijs accidētibꝰ ꝑfocationis, ⁊ viriditatis extremi/
tatum, ⁊ friditate eaꝝ, ⁊ apostemate lingue, ⁊ per/
mutatione odoris: ⁊ fit pulsus cū casu formicans,
debilis: nō cū raritate, imo frequēs, habēs frequē
tiam [t] ⌈vermiculosi formicātis.⌋ Et si fuerit rarus
nō erit ei ordo, neqꝫ fortitudo: Imo redit ex rarita/
te ad spissitudinem, ⁊ ex spissitudine ad raritatem.
Scias ergo si aliqđ hoꝝ in potu datuz est: aut ipse
per se bibit, ⁊ medicet̄ totum illud cum eo, qđ dice
mus in caplo de venenis. Sūt autem qdā qui di/
cūt, ꝙ subet frigoris puri, est leuior subet materiei
humide: sed sermo ille nō est vehemēter sanus, imo
quandoqꝫ est fortis valde. Et oēs qdem spēs subet
facte ex frigore cerebri in substātia sua, aut propter
medicinā ebibitam, seqt̄ur corruptio in cogitatio/
ne, ⁊ memoria. Qđ si subet fit ex humiditate pura,
sunt eius signa, vt nō videant̄ signa sāguinis, neqꝫ
grauitas phlegmatis. Si autez fiat ex phlegmate,
scitur illud ex precedēti replone, ⁊ nimia stomachi
satietate, ⁊ multitudine potus, ⁊ lenitate pulsus, ⁊
ipsius fluctuatione cum latitudie, ⁊ scitur ex ꝓfun/
datione subet, ⁊ grauitate ipsius [u] † ⌈
⌋ ⁊ iflatione in palpebris, ⁊ friditate tactus,

Auic.

o A. vel non dormiunt humores ipsoꝝ sunt fracti vel sparsi non nocēres, q̄re aduenit eis.

p A. ad cerebruz q̄re non aduenit eis somnus.

q A. Et qn̄ multiplicat̄ aduētꝰ.

r A. Alia litera. Et dr̄ ꝙ aq̄ granatoꝝ, ꝓ h' ꝙ ipsa tardat̄ in stō, et retinet vapores, libat a vigilijs. Alia lr̄a. Et dr̄ ꝙ aq̄ ḡnatoꝝ est ex cis q̄ tardant in stō ⁊ retinent quare ipsa liberat a vigilijs.

s A. Alia litera. magni.

t A. vermiculosi ⁊ formiculari.

u † A. ⁊ albedie coloris in facie, ⁊ oculis, ⁊ in lingua, ⁊ grauitate capitis.

⁊ regimine precedente, ⁊ etate, ⁊ regione, ⁊ reliqs. Ex sanguine vero factus scitur ex inflatione venaꝝ, que dicunt̃ guidez, ⁊ rubedine oculoꝝ, ⁊ maxillaꝝ ⁊ rubedine lingue, ⁊ sensu caliditatis in capite, ⁊ similibus illis que sciuisti. Et si cuꝫ hoc sanguis, et phlegma ꝯiungant̃ aggregatione apatuꝫ, videbis signa karabiti ⁊ lethargie[a] ⸢et⸣ subet asahari. Qđ si causa in ipso fuerint vapores [b] ⸢pulsi⸣ ex corpore in febribus, ⁊ ꝓprie apud dolorē pulmonis, ⁊ apa in ipso nominatū peripneumonia, aut vapores stomachi, scies totū suis signis. Nam si est ex stō precedunt ipsum vertigo, ⁊ scotomia, ⁊ tinnitus, ⁊ phantasie: ⁊ est leuis apud famem, ⁊ augmētat̃ apud repletionē. Si vero est ex parte pulmonis, ⁊ pectoris, p̄cedunt ipsuꝫ dolor grauis, ⁊ dolor in partibus pectoris, ⁊ strictura spiritus, ⁊ tussis, ⁊ accidētia pleuresis, ⁊ peripneumonie. Et simil'r si fuerit ex epate, p̄cedunt ip̄m significationes egritudinis in epate. Et si est ex matrice p̄cedunt ip̄m egritudines matricis, ⁊ eius repletio. Qui autem fit ex ꝑcussione facta sup̄ [c] ⸢halbema⸣ aut sup̄ tp̄s, scitur suis significationibus. Et dr̄ia quidē inter subet, ⁊ apoplesiam, est ꝙ habēti subet possibile est intelligē, ⁊ excitari, ⁊ sunt motus ei⁹ leniores sensibus suis. Apopleticus autem p̄uatur sensu, ⁊ motu. Et oīno dr̄ia inter habentē subet, ⁊ illū[d] ⸢in quo est malefactio⸣ ꝓpter debilitatē cordis, est ꝙ pulsus habētis subet est fortior, ⁊ similior pulsibus sanoꝝ: ⁊ pulsus habētis sincopim est debilior, ⁊ durior. Et sincopis ꝑuenit paulatim cū mutatione coloris redeuntis ad citrinitatē, ⁊ ad similitudinē coloris mortuoꝝ, ⁊ infrigidant̃ extrema: in subet autē non alterat̃ color faciei, nisi ad illud qđ est bonū: ⁊ non exiccat̃ [e] ⸢frustum⸣ faciei, ⁊ nasi: neqꝫ mutat̃ a forma dormientiū nisi paruo tumore, ⁊ inflatione. Et dr̄ia qdem inter hn̄tem subet, ⁊ illā cuius matrix est p̄focata: est ꝙ possibile est ꝙ hn̄s subet intelligat, ⁊ loquat̃, si ꝑcipitur. Illa vero cuius matrix est p̄focata, itelligit cū difficultate, ⁊ non loquitur penitus: ⁊ est motus, ⁊ ꝓprie motus [f] ⸢colli⸣ ⁊ capitis, ⁊ pedū facilior in eo qui hꝫ subet: ⁊ sensus, ⁊ aptio palpebraꝝ facilior in hn̄tibus matricem p̄focatā: ⁊ est p̄focatio matricis eueniens subito: ⁊ [g] ⸢indicat potestatē sui ⁊ finitur, aut minoratur ⁊ subet⸣ extēditur: ⁊ fit introitus in ip̄o in ꝓfundatione gradatim. Et incipit a sōno graui, nisi causa eius sit frigus subito eueniēs, aut medicina ebibita. Scias ergo illud.

De cura subet, ⁊ somni grauis facti in febribus. Capitulum. III.

Subet autem qui accidit ab egritudine existēte in aliquibus mēbris. Semita cure est ꝑuenire [h] ⸢ad mēbrum illud⸣ cū regimine, vt purgetur, ⁊ remoueat̃ qđ in ipso est: ⁊ ꝯfortatio cerebri, ita vt mām non recipiat. Et illud qdeꝫ, verbi gratia fit cū oleo roſ. ⁊ aceto plimo, ne oleuꝫ dormire faciat, ⁊ p̄cipue quuꝫ ip̄m est solū [i] † ⸢ ⸣ cum expressionib⁹ fructuū ꝯfortantiuꝫ: ⁊ post illud adhibeant̃ embroce infrigidatiue. Deinde fiat ꝑmutatio ad resolutiua, si fuerit in cerebro retentum aliqd: ⁊ tu qdem iam sciuisti oīa illa in canone. In eo aūt qui fit in febribus, ⁊ in p̄ncipio ꝑiodoꝝ, opꝫ vt icipiat̃ a ligatione extremitatū, ⁊ a motu sternutationū assidue, ⁊ odoramēto aceti, et vaporis eius ⁊ vnctione capitis cū oleo ro. ⁊ aceto plurimo, aut aqua acreste, aut aqua granati, ⁊ stipticoruꝫ. Ille aūt qui fit ꝓpter potum narcoticoꝝ curet̃ f̄m illud narcoticū, ⁊ detur egro ad potādum tyriaca ipsius qđ dicturi sumus in libro. iiij. Subet autē facti ex frigore extrinsecus aduenietē, cura est potus tyriace, ⁊ mithridati, ⁊ diamuschi: ⁊ embrocet̃ caput cū aquis in qbus cocta sunt ruta, ⁊ castoreū, ⁊ piretrū ⁊ vngat̃ caput cuꝫ oleo de ben, ⁊ oleo [k] ⸢de duab⁹ spicis cum castoreo, ⁊ squilla, ⁊ oleo muscellino⸣ ⁊ oleo costino cum castoreo. Et simil'r adhibeant̃ emplastra facta ex castoreo, ⁊ squilla, ⁊ muscho: ⁊ sint castorei partes. ij. ⁊ squille pars. j. ⁊ muschi quantitas parua, ⁊ odoret muschum assidue: ⁊ vtatur eis que dicta sunt in calefactione cōplexionis cerebri. Sed [l] † ⸢ ⸣ cū labore absqꝫ facilitate. In illo aūt qui factus est ꝓpter dn̄ium sanguinis, oportet vt incipiatur a flōmia cephalice, ⁊ ventosis cruriū, aut flōmia saphene, ⁊ vtatur clisteri tēperato, ⁊ subtiliatione cibi, ⁊ vtat̃ [m] ⸢eo qđ torrefactum est.⸣

Illum aūt qui factus est ꝓpter dn̄ium humiditatis pure, que non est cū materia, opꝫ vt cures cum emplastris factis ex castoreo, ⁊ flore squinātī, ⁊ costo, ⁊ nuce cupressi, et sauina, ⁊ euforbio, ⁊ piretro: ⁊ [n] ⸢desiccetur⸣ cibus, ⁊ alienent̃ olea, ⁊ embroce, nisi cū cautela. Humectatio eniꝫ q̄ est in oleis qn̄qꝫ vincit virtutem medicinaꝝ, nisi sit valde fortis. Et opꝫ vt administratio fiat vnctionis capitis, ⁊ rubificationes eius: et odorationes muschi. Et si fuerit humiditas cū materia flatis, oportet vt euacues cū clisteri forti prius, ⁊ ingeniet̃ vt euomat: ⁊ plimum eius qđ ex phlegmate est in stomacho, opꝫ vt euomat cum eo qđ phlegma icidit ex eis que dicemus in loco suo, ⁊ administra embrocas digestiuas fortes, ⁊ caputpurgia, ⁊ sternutatoria, ⁊ gargarismata, ⁊ ea que sciuisti in canone: sicut tibi p̄terijt. Et ex cura est, vt eger audiat, ⁊ videat res que [o] ⸢ꝯtristāt ipsum: tristitia eniꝫ⸣ in h⁹ egritudinibus in quibus debilitat̃ cogitatio, et extinguit̃, est ex eis, que cōmouent animā, et reducunt eam ad rectitudinem.

Et ex medicinis quidem vigilare facientibus est [p] ⸢epithima factum⸣ cum calcanto, ⁊ abstersio faciei cum aceto: et ꝯstrictio extremitatum inferioꝝ: et administratio sternutatoriorum.

De [q] ⸢vigilijs et sahara.⸣ Cap. IIII.

Vigilia qdē est dispō aialis quum effundit̃ sp̄us aialis ad istr̄a sensus, ⁊ mot⁹, vt eis vtat̃. Sahara vero est sup̄fluitas in vigilia, ⁊ egressus a re n̄ali. Et eius qdē cā ꝯplonalis est calitas ⁊ siccitas ꝓpt̃ igneitatē sp̄us [r] ⸢⁊ mouet⸣ semp̄ ad exteriora: ⁊ calitas vehemētius est faciens sahara: et [s] ⸢anterius faciēs.⸣ Et sahara qdē qn̄qꝫ fit ex nitrositate hūiditatis [t] ⸢occultate⸣ in cerebro: aut ꝓpter dolorē, et cogitationes cōes. et est sahara cuius cā est lumē, ⁊ loci illuminatio, quū ꝑuenit in h⁹ aliqs p̄paratus sahare. Et est sahara, que est ꝓpter malitiā digōnis, ⁊ multitudinē replonis. Et est sahara que fit cā eius, qđ iflat, ⁊ [u] ⸢cōmouet⸣ hūores et sōnia ⁊ timorē in somno, sicut fabe, et silia. Et est sahara que fit in febrib⁹ ꝓpt̃ eleuationē vapoꝝ siccoꝝ mordicatiuoꝝ ad cerebrū. [x] ⸢Et dolor qdē qui decrepitis accidit ex sahara, est ꝓpter nitrositatem⸣ humoꝝ eoꝝ, et salsedinē ipsoꝝ, et siccitatē s̄be cerebri eoꝝ. Et est sahara, q̄ fit cā apatis melici: aut cācerosi in ꝑtib⁹ cerebri. Et dr̄ ꝙ ille in quo sahara fit fortis: deinde accidit ei tussis, morit̃. Et nos qdē iā diximus i cap̄ sōni, qđ optuit nos dicē.

De signis. Cap. V.

Signa igit̃ eius que fit a siccitate pura sine mā, ⁊ nō sociata calitati, sunt leuitas capitis, ⁊ sensuꝫ,

a A. aut.

b A. eleuati.

c A. albeame.

d A. q̄ ē almagash

e A. superficies, seu habitudo.

f A. Alia litera. oculi.

g A. finit̃ ei⁹ ptās aut ad salutem, aut ad mortem: subet vo qn̄qꝫ.

h A. illius mēbri

i † A. et.

k A. nardino cū castoreo, ⁊ oleo de musco.

l † A. fiat.

m A. aq̄ cicerū.

n A. alleuietur. Alia lr̄a. allenietur stomachus.

o A. iegam ip̄m qm̄ algam.

p A. lintrenares

q A. aliechda et alsahara.

r A. q̄re ipse mouetur.

s A. magis principale efficiens.

t A. profundate

v A. perturbat.

x A. ⁊ ꝑp dolorē ⁊ illa qdē sahara q̄ accidit decrepitis est ꝓpt̃ bauracitatem.

& siccitas oculorum, & lingue, & narium: & quod non sentitur in capite calor, neque frigus. Eius vero que fit ex caliditate, & siccitate signa sunt, inuentio signorum siccitatis cum inflammatione, & adustione. Et quandoque est cum siti, & adustione in origine oculorum. Et eius quidem que fit ex nitrositate humorum, signa sunt, humectationis inuentio in naribus, & lippitudo oculorum, & sensibilitas grauitatis pue, & velocitas excitationis apud somnum cum [a] [saltu.] & illud quidem significatur ex regimine preterito, & etate. Et eius quidem que fit ex illuminatione loci, aut ex cibo: signa sunt cause eius. Eius vero que est ex apostemate melancholico signa sunt, signa predicta multotiens. Sed eius que est ex dolore, aut cogitationibus communibus, & febribus acutis, signa sunt eius cause.

a A. oscitatione

De cura. Cap. VI.

Oportet quidem vt habens illam cuius causa est siccitas vtatur cibo humido, & balneis temperatis, propter quod si ipsum balneum non facit dormire, tunc non est temperati corporis, & non bone complexionis, & neque est nisi in potestate siccitatis: aut potestate humorum malorum, quos balneum eleuat. Et oportet vt deferat cogitationem, & coitum, & laborem, & vtatur quiete, & tranquillitate: & assiduitate inunctionis capitis cum oleis humectatiuis predictis, & emulsione lactis super caput, & embrocis humectantibus predictis: & attractione in naribus oleorum, & caputpurgijs ipsorum: & distillatione eorum in aure, & proprie olei nenufarini: & precipue faciendo caputpurgium, & fricatione inferiorum pedum. Eius vero que cum hoc est ex caliditate, regimen est cum additione facta in [b] [regimine] harum medicinarum, & administratio, verbi gratia rasure cucurbite, & portulace, & mucillaginis psilij, & virge pastoris, & semperuiue, & similium. Et ex hypnoticis est sonus suauis subtilis, cum quo non est [c] [hezeze] & fit eius casus grauis: aut si sit cum [d] [hezeze] sit equalis: & propter illud sonitus arborum, & aque, faciunt dormire. Eius vero que facta est ex dolore, regimen est sedatio doloris: & ipsius cura est cum eo quod proprium est vnicuique dolori in capitulo suo. Facta vero in febribus multotiens habenti datur in potu [e] [adeiacur] purum, & facit dormire. Et oportet vt habens eam vtatur ablutione faciei, et embrocis, et vnctione temporis, & frontis cum oleo de papauere, et lactuca: & vt ponatur in sorbitionibus ipsius semen papaueris albi. Et quandoque [f] [stupefacit ex] narcoticis quorum descriptiones sunt in antidotario: & troc. de croco predicti in. c. de soda calida, quum dissoluuntur in expressione papaueris, aut aqua ros. in qua coctum est papauer, aut aqua lactuce, & linitur eo frons, conferunt. Et ex eis quidem que ad illud experta sunt, est vt fumantur cassia lignea, & opium, & crocus, & dissoluantur in oleo ros. & abstergantur ex eis nares. Et similiter epithima factum ex corticibus papaueris, & radicibus mandragore super vtraque tempora, & etiam odoramenta ex eis. Et qui sumit ex istis quantitatem vnius grani orobi dormit somnum temperatum. Quod si humor ad ipsum ascendens fuerit grossus, fiat emplastrum fronti eius ex meliloto cum camemilla, & [g] [robub.] Et ex eis quidem que dormire faciunt febrientes, & alios, est vt extremitates habentium sabaram ligentur cum ligamine faciente dolorem, & coram ipsis ponatur lampas, & precipiatur presentibus, vt multiplicent confabulationes, & sermones: deinde soluantur repente, & remoueatur lampas, & precipiatur ibi existentibus, vt taceant repente: & tunc dormient. In ea autem que facta est ex humiditate nitrosa salsa propter nitrositatem & salsedinem, oportet vt acceptio omnis acuti & salsi alienetur, et cibetur eam habens piscibus petrosis, & carnibus subtilibus sirabeget cum pauco sale, & euacuetur cum pillulis [h] [ex sebeba] et assidue fiat inunctio capitis cum oleis suauibus tepidis. Quumque hec species sabare accidit in etate senij, eius cura est praua. Verumtamen oportet vt eam habens vtatur embroca ex aqua, in qua cocta sunt ordeum, & camemilla, & albacuen, & non aliud omni nocte: facit enim bene dormire. Et similiter odorent naribus facta ex oleo albacuen, aut oleo irino, aut oleo de croco. Et quandoque oportet vt in potu tribuamus habenti sabaram superfluam, virtutis cuius timetur resolutio, cerataria, et similia ex opio, vt faciat ipsum dormire. Si vero qui non habet sabaram cum huiusmodi superfluitate, sufficit vt laboret & exercitetur & balneetur, deinde ante cibum bibat [i] [aliquantulum vini] & comedat cibum quem dormiet, in hora.

b A. friditate.

c A. achagi.

d A. achagi.

e A. diacodion.

f A. fit vaporatio eum.

g A. mibachtegi

h A. alsabiar.

i A. aliquid quod inducit sedar.

De lesione [k] [sensus.] Cap. VII.

Species nocumenti [l] [sensus] contingentis in operationibus cerebri sunt [m] [propter duas causas,] & cognoscuntur tribus modis. Quum enim sensus hominis est incolumis, & imaginatio formarum rerum in somno & vigilijs est sana, deinde sunt [n] [res] & dispositiones quas videt in vigilijs suis, aut in somno suo ex eis, de quibus possibile est ipsum [o] [proponere,] & remouentur ab eo, & quum audit eas, & testificatur, non remanent apud eum, tunc lesio illa est in memoria, & in posteriore cerebro. Quod si in hoc non est impedimentum, sed loquitur ea que non sunt dicenda, & timet ab eis, a quibus timere non oportet, & putat esse bonum quod non debet putari bonum, & sperat quod non est sperandum, & inquirit quod inquirendum non est, & facit quod faciendum non est, & non est potens [p] [seruare quorum vult recordari] tunc lesio est in cogitatione, & in parte media cerebri. Si vero ipsius memoria, & ipsius loquela sunt sicut esse debent, & non contingit in his que agit, & loquitur aliquid contrarium rectitudini, & imaginatur res sensibiles, & colligit villos, et videt singularia mendosa, & ignes, & aquas, aut reliqua mendosa: aut debiliter imaginatur formas rerum in somno, & vigilijs, tunc lesio est in imaginatione, & in ventre anteriore cerebri. Et si aggregantur duo ex illis, aut tria, tunc lesio est in duobus ventribus, aut tribus. Et si cogitatio infirmetur, & accidat in eo abbreuiatio propter communitatem lesionis in memoria precedentis primum, facilius est quam si infirmetur cogitatio, & sequatur eam egritudo memorie. Et quodcunque horum est declinans ad diminutionem, tunc egritudo est ex frigore: & quodcunque est decliue ad permutationem, & agitationem, est ex caliditate. Et quidam existimauerunt, quod declinatio ad diminutionem est propter diminutionem substantie cerebri: & hoc quidem non est longinquum apud me. Causa vero [q] [eius aut est in primis] in ipso cerebro, aut est ex membro alio: & quandoque est ab extrinsecis, sicut percussione, aut casu. In curis autem oportet te esse solicitum secundum principia que dixi in canone. Et collige ex tabulis egritudinum membrorum capitis in libro secundo medicinas ad omnia illa iuuatiuas, quibus in eis vteris: & considerabis que ex eis, & qui ex cibis ledunt eos, quare alienabis eos in eis [r] [& inde eas considerabis & alienabis eos a cibis qui eos ledunt in ipsis.]

k A. aldhen.

l —— A.

m A. Alia litera manifeste.

n A. forme, seu species.

o A. sermonem facere

p A. narrare quod narrandum est de rebus.

q A. omnium illorum aut est incipiens.

r —— A.

De permistione [s] [sensus] & alienatione. Ca. VIII.

[t] [Permistionis vero sensus & alienationis declaratio est quoniam, que fit] propter cerebrum ipsum, est aut ex cholera nigra: aut ex sanguine calido inflammato: aut

s A. alhachel.

t A. Permixtio vero rationis, & alienatio est, vel connumeratur iter illa. Facta autem.

ex cholera citrina:aut ex cholera rubea:aut ex calore puro:aut ex vapore calido.[a]⌈Et illa qdē sunt ex illis⌋que desiccant,q̄re cerebꝛ materia spūs innati priuat,ꝑ cuius simile possibile est rōni viā suā seruare. Et facta ꝓpter mēbrū aliud,aut corpus,ē sicut q̄ fit ꝓpter stomachū,aut os eius,aut mirac,aut ꝓpter matricē,aut ꝓpter totū corpus sicut in febribus. Et totū illud est ꝓpter q̄litatē purā venientem ad ipm sicut eleuat a digitis pedū,⁊ manuū,qn̄ apostemant:⁊ a mēbris corrupte cōplexionis[b]⌈apatis⌋aut ꝓpter vaporē calidū cholere,⁊ phlegmatis iā putridi,⁊ acuti. Et ꝑmistio rōnis magis incolumis est,q̄ est cū risu,⁊ que est scd̄m qetem:⁊ deterior est:q̄ est cū agitatione,⁊ rixa,⁊ audacia.

De signis. Cap.IX.

Sicias ꝙ omnis dolor vehemēs,de quo patiēs nō ↄquerit,⁊ in quo nō sentit,ꝑmistionē:⁊ vrina oleaginea[c]†⌈ ⌋significat in febribꝰ ꝑmistionem rationis. Que ꝟo fit ex melēia,est cum tristitia,⁊ estimatiōe mala[d]⌈aut⌋cū signis melancholie,quoꝝ in caplo ipsius rememorabimur. Et si melācholia est cholica est cū[e]⌈lupinositate ⁊ audacia.⌋ Et si est melēia sanguinea est illic letitia,⁊ risus cū exuberatione venaꝝ. Facta aūt a cholera citrina,est cū inflāmatione ⁊ caliditate,⁊ rixa,⁊ malitia moꝝ,⁊ agitatione vehemēti,⁊ imaginatione ignis,⁊ scintillaꝝ,⁊ adustione angulоꝝ oculoꝝ interioꝝ,⁊ citrinitate coloris,⁊ inflammatiōe capitis,⁊ extensione cutis frōtis,⁊ ꝓfundatione oculoꝝ,⁊ saltu ad[f]⌈oppositū.⌋Et in illa qdē que fit ex rubea,sunt accidētia ista vehemētiora,⁊ magis ꝑuersa. Et hmōi qdē generis est ꝑmistio,[g]†⌈ ⌋q̄ fit in febribꝰ:⁊ plm̄ fit in pestilentialibꝰ. Cū ea aūt que facta ē ex caliditate,⁊ siccitate puris,nō sunt grauitas,neqꝫ signa materierū ꝑdictaꝝ in canone,⁊ in capitulis ꝑcedentibꝰ. Factam aūt ex phlegmate iam putrefacto,⁊ acuto habētibꝰ accidit vt eis adsit cū ꝑmistiōe[h]⌈seueritas⌋ ⁊ vt eleuent supcilia sua manibus suis oī hora,⁊ vt ipsoꝝ capita grauent,⁊ patiant subet ꝓpter substātiā frigoris,sicut ꝑmiscent eoꝝ rōnes ꝓpter accidētia caliditatis. Et isti qdē nō separant ab eo qđ tenent:⁊ plurimū qdē accidit eis,vt existimēt se ipos bestias,⁊ aues. Et vniuersalr̄ qdem ꝑmistio rōnis quum accidit a calitate sicca tūc ipsam significāt vigilie:aut a calitate hūida sanguis:aut a phlegmate putrefacto,tūc siḡt ipsam subet. Illa ꝟo cuius cā est vapor ascēdēs ex mēbro,cognoscit ex dispositiōe illius membri dolorosi,si fuerit mēbꝝ,aut totius corporis,si fuerit comprehendens,sicut in febribus[i]⌈cōicantibus⌋⁊ cognoscit an est pura:aut est[k]⌈materia aut vapor.⌋Et signa quidem omniū illorum predicta sunt in capitulo de soda.

De cura. Cap.X.

Curam aūt,que melācholie adhibet dicemus in caplo melancholie. In cura autem ꝑmistionis facte ex sanguine opꝫ icipe a phlomia,⁊ ab oibus que tēperant sanguinem,⁊ ipm infrigidāt,⁊ eius essentiā rectificant. Eiꝰ ꝟo q̄ facta est ex citrina,aut rubea,cura est vt incipiat ⁊ euacuet,⁊ ꝑmutet cōplexio,aut corporis totius,aut capitis ꝓprie,⁊ administrent infrigidatiōes,⁊ humectationes predicte in canone,⁊ administrent empla post rasionē capilloꝝ:⁊ si[l]⌈coarctat,⁊ fortior fiat,regat alio regimine⌋⁊ ex eis qdem q̄ ↄueniūt ꝑmistioni[m]⌈sensus cholere⌋est ceratū infrigi-

a A. ⁊ illud est ex eis quoꝝ nocumētū alleuiat i hmōi. Aut ex siccitate ꝑꝑ ꝑcessionem vigiliaꝝ, aut cogitatiōis, aut reliquorū.

b A. apostemosis

c † A. quādoqꝫ.

d A. et.

e A. moribus alsebate.

f A. pugnam.

g † A. rationis.

h A. razane.

i A. cōprehēdētibꝰ seu toti communibus.

k A. cū materia aut vapore.

l A. vehemētior fiat, ⁊ fortificetur regat regimine maniē.

m A. rōnis cale.

datiuū ex oleo roſ.⁊ aceto syncipiti suppositū[n]⌈⁊⌋ oleū viol.⁊ lac si nō fuerit febris:aut oleū roſ.⁊ papauer,cū cautela repressiōis vapoꝝ. Quūqꝫ vigilie adsunt tunc oia epithimata non sunt iuuantia:⁊ qn̄qꝫ faciunt eū possidere ↄstrictionē[o]⌈caliditatis,q̄re⌋non facias caput purgiū[p]⌈⁊ facias⌋augmentū in attractiōe,imo ↄsequēter adhibe clistere lenitiuū. In ea aūt que fit ꝓpter mēbri cōitatem,vtere capitis ↄfortatiōe,⁊ eius infrigidatiōe,⁊ attractione ad ↄ̄trium:⁊ hoc totū qdē iam scit ex canonibꝰ ꝑteritis vniuersalibꝰ ⁊ ꝑticularibꝰ. Quūqꝫ cū[q]⌈caliditate,⁊⌋rōnis ꝑmistiōe,nō sunt debilitas,⁊ signa apostematū,opꝫ vt patiēs alapis cedat vehementer,⁊ qn̄qꝫ necessaria est ꝑcussio,vt ad ipm ipsiꝰ redeat ratio,⁊ qn̄qꝫ opꝫ vt caput eiꝰ scd̄z crucē cauterizet,si nihil aliud ↄfert. Et ex rebꝰ ipsi ↄferentibꝰ est vt fundat sup capita ipsoꝝ decoctio pedū,⁊ capitū ⁊ multotiens sanat eos[r]⌈alfesur⌋quum ex eo bibunt,⁊ comedunt ipm diebus aliqbus,sicut est,aut in aliquo alio fructuū ex dulcibus inter ea,que cooperiunt,⁊ faciunt non apparere.

[s]⌈De stoliditate ⁊ amentia.⌋ Cap.XI.

Differentia inter ꝑmistionem rōnis,⁊ inter stoliditatē,⁊ amētiam,q̄uis sint duo impedimēta rōnis,⁊ sit causa faciēs ↄtingere vtrasqꝫ simul cadēs in ventre medio cerebri,ē ꝙ ꝑmistio[t]⌈sensus⌋est lesio in opationibꝰ cogitationis scd̄m mutationē: Stoliditas ꝟo ⁊ amētia sunt lesio scd̄z diminutionē,aut destructionē,⁊ dispositio similis[u]⌈fatuitati ⁊ phātasie.⌋Et tu qdē iam sciuisti ꝙ spēs[x]⌈opationū⌋sunt tres. Hmōi aūt egritudinis cāe,aut sūt frigiditas pura,aut cū siccitate,cōprehēdens sup ventrē mediū cerebri in lōgitudine dieꝝ ⁊ spatij:aut frigiditas cū[y]⌈aliquo phlegmatico⌋in vacuitatibꝰ vasoꝝ cerebri. Et cā[z]⌈in hoc nō est nocumētū ex frigiditate ⁊ nō ex caliditate nisi⌋qm̄ hoc nocumentū est destructio ⁊ diminutio. Qm̄ caliditas est faciēs cogitationē q̄ est vnus ex motibꝰ spūs quo mouet ab anteriore parte cerebri vsqꝫ ad eius postremā ⁊ eↄ̄rio. Et[&]⌈caliditatē qdē eleuat motus,⌋⁊ iuuat ipsam. Et ↄgelatio ꝓhibet ipm. Quapropter posita est cōplexio hꝰ ꝑtis cerebri decliuis ad calitatē:⁊ posita est in medio vt sit ei reditus ab imaginatione ad memoriā. Et tu qdē iam sciuisti imaginationē,⁊ memoriā in loco suo. Hec aūt egritudo curat calefactione cerebri,⁊ humectatione ipsiꝰ,si fuerit cū siccitate. Aut resolone eius,qđ est in ipso:⁊ euōnibus cū medicinis magnis:⁊ vomitu facto cū oxymelle squillitico[?]⌈aut⌋semine raphani,si fiūt a mā. Et opꝫ vt ex illo ꝑueniat ad excitādū cor cū medicinis sibi ꝓprijs sicut diamuschū ⁊ mithridatū,⁊[ꝝ]⌈elinufera⌋⁊ his silia. Et nō opꝫ vt ꝓlongemus sermonē in h̄ caplo:iam eniz sciuisti modū similē huiꝰ regiminis in canonibꝰ in eo qđ ꝑterijt. Et opꝫ qdē vt hospitiū eius domus luminosa sit:⁊ vlr̄ qdē vigilie,⁊ sahara,et subtiliatio cibi,⁊ paucitas ipsius,⁊ declinatio ad ↄplonem sicciorem,⁊ subtiliationē sanguinis,⁊ ad tēpandū ipꝫ,⁊[a]⌈paucitas ipsius ⁊ calefactio eiꝰ.⌋ Ita ꝙ non sit vehemēs ebullitio,⁊ calefactio:imo sit caliditas subtilis,non feruens.[b]⌈Hec enim ex eis est que rectificant sensum,⁊ mundat ipm.⌋ Et nihil est magis inimicum[c]⌈sensui⌋q̄z repletio ex cibis ⁊ humiditatibus. Et siccitas nocet[d]⌈sensui nō vnde est diminutio:⌋sed vnde est supfluitas in velocitate motus:aut vnde est paucitas spiritus vehementer:aut eius resolutio cū aliquanto motu.

n A. aut.

o A. vaporum ⁊

p A. vnde fiat.

q —— A.

r A. alfesera.

s A. De alrahabane, et albamch, vel alchamcha.

t A. rationis.

v A. alcharsie, et alsebubie.

x A. nocumētoꝝ

y A. mā flātica.

z A. hꝰ est ex frigiditate, ⁊ non ex caliditate.

& A. calitas qdē excitat motum.

? A. et.

ꝝ A. almeserha.

a A. paucitatem ipsiꝰ ⁊ calefactionem eius.

b A. est ex eis q̄ rectificant, vel acuunt rōnē, seu intellectū, ⁊ clarificant ipsum.

c A. rationi.

d A. rationi, nō vn̄ est siccitas.

¶De corruptione memorie. Cap.XII.

x.horas, ⁊ vſqȝq̊ nõ ſentiat̃ i eructuatione odor eiꝰ,
deĩde cibet̃ ſuꝑ ipm̃ cũ aleſſidabegi: ⁊ ſi appetit ace
toſitatẽ, tũc cũ çebirbeget: ⁊ potus eiꝰ ſit aq̃ mellis.
Et opȝ vt ꝯſeruet dẽtes ſuos poſt potũ eiꝰ, ita vt fri
cet eos cũ ſale aſſato, deĩde ſequat̃ ipm̃ oleũ ro.pu
rũ cũ q̊ fricet̃. Qñqȝ [[c] ab adminiſtratiõe eiꝰ eũo fit]
bibat̃ poſt ipȝ hiera pigra ꝯfortata cũ pulpa collo
qn. ⁊ ſilibꝰ: aut nõ ꝯfortata ſi nõ ẽ illõ nec̃iũ. Et hie
ra qdẽ pigra expellit nocumẽtũ eiꝰ a capite, ⁊ ocl̃o.

Modus medicinaꝝ cõferẽtium hñtibus colicam
frigidã ſm̃ ſemitã digõnis ⁊ [d] [maturationis] ⁊ ꝓ
prietatis nõ ſm̃ ſemitã eũationis. Cap.XIIII.

Iſte medicine ſunt potatiões, ⁊ em
plaſtra, ⁊ vaporationes, ⁊ vn
ctiones. Et [e] [meliꝰ eoꝝ] q̃ bibunt̃ eſt
alleũ: alleo.n.ineſt ꝓprietas bona in ſe
dando dolores colice fride, cum hoc ꝙ
nõ ineſt ei vis faciẽdi ſitiȝ, ſicut cepe. Et qñqȝ ſumit
ex eo colicus, qum ſentit initiuȝ colice: ⁊ dimittit ci
bum oĩo, ⁊ vltimat ſe i exercitio, ⁊ nõ comedit ali
quid, imo [f] [dormit poſtquã bibit de vino puro, ⁊
reiterat] ⁊ ſanat̃. Et ex ebibitis ſedãtibus dolores,
eſt vt in potu dent̃ apſinthij, ⁊ cymini ꝑtes equales.
Aut detur in potu herba oppoponacis ſola, aut cũ
cymino. Aut ſumant̃ aniſi, ⁊ piperis, ⁊ caſtorei par
tes eq̃les, de qbus in potu detur.ʒ.i.⁊.ſ. Aut detur
in potu ſagçenea, diacyminũ, ⁊ tyriaca ſi non fuerit
in hoc ꝓhibitoriũ preſens. Et caſtoreo in colica in
eſt opo mirabilis. Et ex eis q̃ exꝑta ſunt ẽ vt i potu
dent̃ radices lilij.ʒ.iiij.in aqua decoctionis praſſij,
aut in aqua caſei, ⁊ lilij ipſius hec q̃ȝtitas. Et iteruȝ
dent̃ i potu naſturtij.ʒ.v.in aq̃ penidij petroſi: ⁊.℥.
i.olei ſiſamini. Et iterũ corticis algarab.ʒ.iiij.çinçi
beris.ʒ.iij. ⁊ nucis, ⁊ dactiloꝝ, amboꝝ añ.ʒ.vi.cuȝ
aque dulcis kiſt.i.terãtur medicine, ⁊ decoquãtur
in aqua, donec remaneat tertia, ⁊ fiat motus eius
cũ ramis rute: ⁊ dentur in potu omni die.℥.ij. Et ſu
mantur ẽt cortices algarab, ⁊ radices eiꝰ ⁊ rami ru
te, ⁊ çinçiberis, ⁊ decoquãtur in aqua, que ſit q̃dru
pla eoꝝ donec remaneat tertia, ⁊ detur i potu ex ea
omni die põdus ℥.ij.fiat illud tribus diebus, ⁊ di
mittatur tribꝰ diebꝰ. Et opȝ qñ in potu datur aqua
mellis, vt ſit vehemẽtis decoctionis: debilis eni de
coctionis facit poſſidere inflationẽ. Et illud cui in
eſt opo ꝓueniẽs a proprietate ſua, eſt ius albudud,
⁊ corpus eius. Et iterũ lũbrici terreni exiccati, ſunt
iuuatiui, ſm̃ ꝙ dr̃ in doloribus colice. Stercus aũt
adib, qd̃ fit ex oſſibus que comedit: ⁊ eius ſignũ eſt
vt ſit albũ in quo color alius nõ permiſcet̃, ⁊ ꝓprie
illud qd̃ eijcit ſuper ſpinas, eſt res magis iuuatiua:
⁊ datur in potu in vino, aut in aqua mellis, aut lam
bitur in melle lãbitionibus: poſtq̃ȝ cũ eo ꝯficit̃ ſm̃
deſcriptionẽ: aut fit aromaticũ cũ ſale, ⁊ pipere, aut
cũ aliqua ſpẽrũ. Et ſi inuenit̃ in ſtercore eius os, ſi
cut eſt, eſt mirabile ẽt. Et dr̃ ꝙ eius ſuſpenſio eſt iu
uatiua, nedum potus eiꝰ. Et p̃cipiũt, vt ſuſpẽdatur
in pelle [g] [leopardi] aut cerui, aut lana arietꝭ, quã
cepit adib, ⁊ euaſit ab eo. Et. G. qdẽ teſtat̃ iuuamẽ
tum eius ſuſpẽſi: ⁊ ſi nõ in alio, ſalteȝ in argento. Et
dictũ eſt ꝙ corpus inteſtini adib, qum exiccat̃, ⁊ te
ritur ẽ magis vltimũ i iuuamẽto, q̃ȝ ſtercus eius, ⁊
illud qdẽ nõ eſt lõginquũ. Et ex eis q̃ currũt hoc cur

a A. Alia litera deſcẽdat parũꝑ parumper

b A. Alia litera aquã ſeminum

c A. expeditꝰ fueris ad adminiſtratione eius

d A. rectificationis

e A. igenia alia Et ex eis

f A. firmat̃ ⁊ expectat ſuꝑ potũ vini puri ⁊ ꝯfert

g A. nemer

ſu, ſunt ſcorpiones aſſati: ipſi nãqȝ vehemẽter valẽt
colice. Et opȝ vt expiat̃ illud, ſuꝑ colicã verã, ita vt
nõ ſit exꝑimẽtũ eiꝰ ſuꝑ colicã mẽdoſam. Et eſt vltim̃
ad lapidẽ renũ ꝑ ſe, ⁊ i colica ꝑ accñs. Et ex eis que
laudant̃ i doloribꝰ colice, ⁊ vehemẽtia doloris, ẽ vt i
potu det̃ cornu cerui aduſtũ: ⁊ dicũt ꝙ ſedat dolorẽ
ſtatim.

De empl̃is colice frigide. Cap.XV.

Emplaſtra võ alia ſunt empl̃a
in qbus eſt ſol̃o ali
qua, ſicut empl̃m factũ ex pulpa collo
qntide, cuȝ medulla cartami: ⁊ empl̃m
factũ ex felle vaccino, ⁊ pulpa collogn
tide. ⁊ ſilibꝰ. Et alia ſunt empl̃a qbus nõ intẽdit̃ ſo
lutio, ſicut empl̃atio ex ſe. vrtice cũ medulla carta
mi. Et empl̃atio ex ſemibus, et herbis p̃dictis, que
ponunt̃ i cliſteribꝰ. Et fiũt eis empl̃a ex granis lau
ri, ſolummõ. Deſcriptio empl̃i. ℞. cere carmet.viij.
glutinis alibat carmet.vi.turbit carmet.iij.ſtaphi
ſagrie carmet.i.⁊.ſ.piretri, ſanſuci, baccaꝝ lauri, ſe
mi. vrtice, lupinoꝝ ſiccoꝝ, pulpe collogntide oium
añ.carmet.i.⁊.ſ.ſcamonee.℥.i. ⁊ carmet. iij. fellis
[h] [vaccini] q̃ȝtũ ſufficit [i] † [ ]
fiat ex eis linimẽtũ ſpiſſuȝ. Et iteꝝ hellebori, ſe. vrti
ce, apſinthij oium añ.pars.i.fellis tauri, cere, ãbo
rũ añ.pars.ſ.adipis anſeris ꝑtes.iij.liniat̃ ab vm
bilico, vſqȝ ad radicẽ virge. ⁊ ſi ponat̃ i ipſo [k] [meu
deneti] eſt meliꝰ. Et qñqȝ addit̃ in ipſo cortex eris.

De vaporationibus colice frigide. Cap.XVI.

Vaporationes qdẽ ſunt, ſic
milium, aut
panicũ aſſatũ: aut factũ ex ſeminibꝰ, et
herbis p̃dictis in ca. cliſterioꝝ, ꝯtritis,
calefactis, ꝯfectis, aut iſuſis i oleo cale
facto. Ex vnctionibus võ eſt oleũ cucu. aſinini, ⁊ ex
eis eſt oleum ſinapis. Et ex eis eſt quodcũqȝ oleum
vis ex oleis calidis, poſtq̃ȝ in ipſo ponuntur caſto
reum, ⁊ euforbium ſm̃ neceſſitatem.

De cura colice cholerice. Cap.XVII.

Hec ſȝ veritatẽ opȝ, vt numeretur
de cap̊ ꝓuctionis, verũ nos
ꝓcedimus ſm̃ ꝯſuetudinẽ i ipſa, ⁊ q̃m
eſt ex ſũma doloꝝ huius iteſtini. Et qñ
qȝ qdẽ errat̃ i curatione eiꝰ maxime: et
adminiſtrãtur ſubtiliatiua ⁊ calefactiua. Et lenior
hac eſt in q̃ eſt humor effuſus in ſpatio iteſtini: ⁊ nõ
[l] [eſt cũ illa ſpſione tota.] Quare ſufficit i curatiõe
eiꝰ eq̃tio cõp onis, ⁊ humoꝝ, ⁊ adminiſtratio ciborũ
fridoꝝ hũectatiuoꝝ: aut prunoꝝ ꝑforatorũ cũ acu,
iſuſoꝝ i iuleb de quibꝰ ſumant̃.xx.numero. Et ſil̃r
ſoluit̃ mã cũ eis, q̃ ſunt: ſicut iſuſio prunoꝝ cũ chry
ſomilis: ⁊ ſicut cũ aq̃ granatoꝝ: ⁊ ſicut cum terenia
bin, ⁊ ſiracoſt: ⁊ ſicut cũ pauca ſcamonea cũ iuleb:
⁊ ſicut cũ violis, et ſirupo eius: ⁊ troc. ipſius, ⁊ rob
eiꝰ Et qñqȝ ſufficit laborare i ipſa, vt ſumat̃ [m] [ex
preſſio cartami cũ lacte fici.] Aut ſumat̃ oleuȝ de
aq̃ añ cibũ: aut ſumat̃ ficla decocta cũ oleo, ⁊ almu
ri. Et qñqȝ reqrit neceſſitas, vt admiſtret̃ cliſtere ex
aq̃ volubilis cũ baurac, ⁊ violis [n] [ꝯditꝭ] oleo vio
la. aut aq̃ ordei cũ oleo viol̃. ⁊ baurach [o] [potus ãt
nec̃ius, eſt vt in ea ſit illud] qd̃ eſt ſicut hiera pigra.
ipſa.n.eſt medicina magis iuuatiua ei: ⁊ ſcamonea
cũ pillulis de aloe. Et ex cliſteribꝰ cliſtere modi hu
ius. ℞. tribuloꝝ.ʒ.xxx. ⁊ folioꝝ ſicle. M.i. et viola
rũ.ʒ.vij. et fenugreci, ⁊ cartami, ⁊ radices feniculi,
⁊ g̃noꝝ mellõis ꝯtritoꝝ, oiuȝ añ.ʒ.v. ⁊ ſeueſtẽ.xxx.
nũo, ⁊ tereniabin põdus.ʒ.xxx.caſiefiſtule.ʒ.x. de
coquãtur o a ſȝ ꝙ ꝯuenit in ſiñ eiꝰ. et colent̃ [p] † [
] ſuꝑ eaȝ almuri.ʒ.xij. et çuchari rubei.ʒ.

h A. tauri

i † A. olei laurini q̃ntuȝ ſufficit

k A. maudana

l A. cũ illa imbibitione totali

m A. Alia litera emulſio cartami cũ ficubus

n A. Alia litera ⁊ almuri ⁊

o A. ſed humor ibibitus idiget i eo

p † A. ⁊ ponatur

xij, ⁊ aloes auī.i. ⁊ baurach auī.i. ⁊ admīstret. Et ꝯuenit in h̄ cap̄ ēt dare in potu stercus adib, ⁊ ponere ipsum in [a] ⌈stupefaciētibus, ⁊ clisteribus in hoc loco: qm̄ valet ad sedandum dolorē: ⁊⌋ qn̄qȝ sedat acuitatē materie faciētis dolorē, ⁊ rectificat ipsam.

a A. clisteribus. ⁊ narcotica sunt cōueniētia i hoc loco, qm̄ ipa cū sedatiōe dolo͛is

De cura colice facte ex retētiōe chol͛e. Ca.XVIII.

Cura eius est, vt apias vias cholere cū eis q̄ scis de illis, aliqd, q̄ inuimus in cap̄ icteritie: deīde admīnistra res in qbus est [b] ⌈lenificatio⌋ ⁊ penetratio sicut medullā cartami cū ficubus: ⁊ sicut [c] ⌈cōfectiones colicorū⌋ ⁊ quādoqȝ sufficit in ea premissio sicle elixate, ⁊ condite cuȝ oleo, aque, ⁊ almuri, ⁊ sinapis super cibum.

b A. absterssio

c A. cōfectio galange

De cura colice apos͛e calide ⁊ fride. Cap.XIX.

In facta qdē ab apate [d] † ⌈ ⌋ opȝ vt eūet san. p phlebotomiā basilice, si etas, et dispō, ⁊ virtus, ⁊ reliq̄ nec̄ia ꝯsentiūt i ea, aut faciūt eā necessariā. Et si fuerit apa vehemētis magnitudinis, ⁊ ꝑuenit ad h̄ vt cōicēt ei renes, ⁊ retineatur vrina, oportebit vt fiat phlebotomia ex saphena: ēt post basilicā: ⁊ incipiat i curatione eius in ꝑmis ab acceptis fridis humidis: sic̄ aq̄ citroloꝝ, ⁊ mucilagine psilij, ⁊ q̄ sunt silia illis, ꝑter cucurbitā: inest.n.ei ꝓprietas mala in egritudibus intestinorū. Et ex illis est, vt sumat se.psilij.ʒ.iiij. et olei ros.boni.℥.i. ⁊ ꝯquassent cū.℥.ij.aque, ⁊ bibātur, vt leniat nā. Aut aqua granatoꝝ duoꝝ: aut aq̄ folioꝝ altee: ⁊ aq̄ endiuie, ⁊ aq̄ solatri. Et qn̄qȝ ponunt in h9 siracost, ⁊ cassiafistula ⁊ bibunt. Et qū nec̄ia sunt in h9 dispōne clisteria, clisteriçet ex aq̄ ordei cū aliquātulo cassiefistule, ⁊ siracost. Et si in aq̄ ordei decocte fuerint seuestē ⁊ viol͛. erit magis ꝯueniēs. Et si ꝑmisceat cū aq̄ ordei, aq̄ solatri, ⁊ alkekēgi erit vehemētius ꝯueniens. Et nos diligimus ad eā enemata cū lacte asinino in quo dissoluta est cassiafistula: ⁊ ē oleū ei9 oleū amig. ⁊ oleū sisaminū. Et qn̄qȝ inuenis mām cholericā ⁊ acuitatē ꝑlimā, q̄re indiges tūc vt soluas cū eis q̄ sunt sicut scamonea, ⁊ aloes ꝭm singularitatē: deinde perueni ad ifrigidandū, ⁊ humectādum, ⁊ cura sit ꝭm apa vt sit illō magis ꝯferens, ⁊ magis iuuās. Et qn̄ pertrāsit hec infirmitas hūc locū, ⁊ apparet lenitas pauca: tūc necessarium est vt ponas in clisteribus aquā ordei, folia altee, ⁊ semē lini, ⁊ aliqd de [e] ⌈rubea, ⁊ fenugrecum⌋ ⁊ camemilla, ⁊ anetū, ⁊ caules: aut succos eorū: aut olea eoꝝ: ⁊ pone in ea triplicatum succi vue, ⁊ cassiefi. Et sil͛r pone i eo qd̄ bibit, ad soluēdū çucaru. ⁊ pone cibū eoꝝ aquā ciceris decoctā cum [f] ⌈ordeo excoriato⌋ ⁊ detur eis ēt in potu aqua feniculi. Empl͛a v̄o ꝭm horā sint ex ipsis, ex qbus fiūt clisteria ꝭm illā horā. Incipe igit in ꝑmis cū emplis infrigidātibus, ⁊ sit in eis lenificatio quedā, sicut [g] ⌈ē aqua violarū⌋ ⁊ sicut semen lini: deinde declina ad lenificatiua plus, sicut est camemilla. Et [h] ⌈humectātia⌋ cōposita ex eis q̄ sunt, sicut oleū ros. cū oleo camemillino, ⁊ mastice, ⁊ adipibus. Qū ergo subleuatur, paulatim ponātur in eis gūma albotim, ⁊ fenugrecuȝ, ⁊ pix. Ex curationibus v̄o bonis facte ab apate frigido, ⁊ est parū valde. est vt sumat olei laur. pars i. olei de oliuis pars.i. ⁊ adipis anseris equaliter pars.i. est enim mirabile. Et [i] ⌈cōsequenter adhibe⌋ ei emplastra facta ex abrotano, ⁊ aneto, et squinanto, et melliloto, et reliquis medicinis, quibus curantur apata frigida de illis, que sciuisti in omni loco. Et ex eis que valde conferunt ipsi, est empl͛m de abrotano factum cum asphalto.

d † A. calido

e A. virtute fenugreci

f A. Alia litera aqua ordei excorticati

g A. sunt viole

h A. vnguenta

i A. iuuant

De cura colice melancholice. Cap.XX.

Oportet vt eūes melācholiā cū eis, que sunt sicut decoctlo epithimi, ⁊ pillule d̄ laçulo, ⁊ similia: deinde seq̄re cū pillulis de alscebrā: ⁊ serapino. Et si nec̄ia sunt clisteria, ponant in eis polypodiū: ⁊ epithimū ⁊ sticados, ⁊ ponatur in clisteribus, ⁊ suppositorijs lapis laçuli cōtritus sicut puluis: aut lapis armenus. Et qn̄qȝ ponit in eis clistere cortic.rad.mori: ⁊ empl͛etur venter eius, ⁊ euaporet cū eis, q̄ sunt sicut grana nigelle, ⁊ alharmel, ⁊ origanū, ⁊ camemilla decocta i aceto.

De cura colice facte ex fece. Cap.XXI.

In facta qdem ꝓꝑ cibos, si pol͛e est vt euomat residuum eoꝝ in stō, faciat. Et declinetur cū cibo ad lubricatiua frida, ⁊ calida: aut tēperata ꝭm necessitatē. Et lubricātia [k] ⌈frigida⌋ sunt sicut iura piguia: ⁊ ꝓprie ius galli decrepiti, q [l] ⌈inseq̄tur⌋ donec cadat: ⁊ nō remaneat i eo fortitudo, deide decolet, ⁊ icidat, ⁊ frāgant super ipm ossa eius, ⁊ decoquant in aq̄ ꝑlima valde, cuȝ sale, ⁊ aneto, ⁊ polypodio, quousqȝ dissoluat in aq̄, ⁊ remaneat aq̄ fortis, ⁊ sorbeat illud. Et qn̄qȝ ponitur i ipso oleū de cartamo: ⁊ sicut ius de spinachijs, cū pullis piguibus: ⁊ sicut ius de prunis, ⁊ alia. Et hec lubricātia: aut educūt eā, aut leniūt ipsaȝ, ⁊ currunt iter ipsaȝ ⁊ corpus itestinoꝝ, ⁊ sepant iter ea. ⁊ ꝑparāt fecē ad lubricitatē. Qum ergo bibit solutiuū, aut admīstrat clistere, alleuiat exitus fecis ex eo. Et administrent clisteria [m] † ⌈ ⌋ ꝑdicta in colica. Et clistere ex succo sicle, ⁊ violaꝝ ꝯtritaruȝ, ⁊ almuri, ⁊ [n] † ⌈ ⌋ sisamino, ⁊ baurach ꝭm ꝙ docui ipm. Et clistere ita factū. ℞. sicle. M.i. ⁊ furfuris pugillū.i. ⁊ ficus.x.numero, aq̄ lib.vij. ⁊ ponat in ipso altee albe aliqd, ⁊ decoquant donec redeat ad lib.i. ⁊ colet ⁊ ꝓijciant sup ipsaȝ çucari ru. ʒ.x. ⁊ baurac auī.i. et almuri.℥.s. ⁊ [o] † ⌈ ⌋ sisamini.℥.s. ⁊ clisteriçet cū ea. Et iteret clistere ipsum donec egrediantur oēs sq̄bale, ⁊ clistere fiat sicut h̄ clistere. ℞. tribuloꝝ, ⁊ polypodij, et aneti, et cartami ꝯtriti oium an̄.ʒ.x. et pruna.x.numero, et fic9.x. numero, et viol. M.i. et turbit pondus.ʒ.ij. et se.lini, et se.apij amboꝝ an̄.ʒ.iij. ⁊ tereniabin, ⁊ tamaridoꝝ amboꝝ an̄.ʒ.xxx. ⁊ siracost, et cassiefi. āboruȝ an̄.ʒ.xij. et ramoꝝ sicle, et ramoꝝ cauliū, āboꝝ an̄. M.i. decoquātur sicut ꝯuenit, ⁊ ponant sup decoctionē eoꝝ colatā muri ⁊ çucari ru. āboꝝ an̄. ʒ. xv. ⁊ baurach auī.i. et olei sisamini auī.x. ⁊ fiat clistere cū ea. Qd̄ si res fuerit vehemens, ⁊ cū h9 clisteribus nō iuuat, administrētur clisteria fortia predicta in cap̄ colice phlegmatice narrata: qm̄ ipa sunt ꝯferentia phlegmatice, facte [p] ⌈ex⌋ fece ꝑlima: ⁊ ex eis est clistere de alusnē. Ea aūt q̄ bibuntur sunt, sic̄ [q] ⌈dactilicō et seriecē, et aloscusin⌋ et diacydonitē. Et ista qdem nō administrant, nisi postq̄ȝ nō inueniūtur cōposita ꝑdicta [r] † ⌈ ⌋ colice cholerice [s] † ⌈ ⌋ plurimi iuuamenti. Et ex eis que sunt inter virtutes duas, est vt sumat çucari rub. et penidij resoluta in tāto oleo sisamino quātum ipsa sunt, et bibātur. Et sil͛r decoctio ficuū cuȝ seuestē, q̄ bibat cū triplicato. Qd̄ si nō ꝯferūt ipsa, neqȝ que diximus de electuarijs ꝑdictis, tūc nō est excusatio pillularū, et [t] ⌈siruporuȝ⌋ fortiū in capitulo colice phlegmatice, narrate ad hoc, ꝙ ipsa sunt vehementis iuuamēti, ad retētionē vehemētē phlegmatis, et fecis ꝑlime. Et ex bonis, et fortibus i hoc, est vt decoquātur [u] oleū⌋ seuestē et cassiafistula, sicut facit il

k Alia litera ——— A.

l A. fatiget currendo

m † A. leuia

n † A. oleo

o † A. olei

p A. cum

q A. el͛uariuȝ de dactilis ⁊ el͛uariū seriarā ⁊ electuariuȝ alascof

r † A. in capl͛o

s † A. fore

t A. potionum

v A. ⁊

lud necessariū dispō, et colet̃ [a] ⌈sup aquositatē suā⌋ ⁊ ponat̃ in ea hierepigre pōdus. ʒ. ij. cuȝ pōdere. ʒ. vij. olei de kerua, ⁊ iteꝝ sumat̃ hierepigre pondus [b] ⌈. ʒ. ij. cū pōdere. ʒ. vij. olei de kerua, ⁊ bibat̃ i decoctiōe aneti.⌋ Et iteꝝ ille q vtitur multa comestione pisciū fridoꝝ, ⁊ ouoꝝ elixatoꝝ [c] ⌈⁊⌋ supflue vtitur eis, recipiat vt suffuf rē plimā salis: ⁊ bibat sup ipm aq̄ [d] †⌈ ⌋ quātitatē, quā pōt: deide exercitet̃, ⁊ cōmoueat̃ labore aliquo, ⁊ fortasse soluet eū. Qd̄ si cā fuerit vehementia raritatꝫ corpis, ⁊ sudor: aut calitas vētris: [e] †⌈ ⌋ oportebit vt administrent̃ curatiōes faciles p̄dicte in caplo colice. [f] †⌈ ⌋ Et est necīū illis, ⁊ eis q sunt aū eos, vt sumāt aū cibū lubricātia, sic pruna, ⁊ ficla ɔdita cū oleo dulci, ⁊ almuri ⁊ siracost, ⁊ ouis sorbilib⁹: ⁊ vua ⁊ ficub⁹, ⁊ chrysomilli: ⁊ sumat almuri i ieiunio: aut oliuas aq̄ i ieiunio. Et mltiplicēt̃ i cibo suo piguia: ⁊ sorbeāt aū cibū decoctiones cauliū decoctoꝝ i carne agni piguis. aut galline piguis. Et si raritas fuerit i corpe supflua, ispissa ipm cū oleo ros. ⁊ ⁊ myrtino in vnguēto, ⁊ i cerato positꝫ. Et minora a balneatione, cū admistratiōe reliq reginiis p̄dicti, ⁊ ponat̃ balneatio eius cū aq̄ frigida. Et si fuerit cā multitudo prouocationis vrine. extrahe fecē cū eis que scis: deinde multiplicet̃ in accipiēdo ea, q̄ sunt sicut dactili, ⁊ passe dulces, ⁊ humide, et penidij: et oīa que minorant vrinā, ⁊ leniunt naturam.

De cura colice fr̄e fcē ex d̄bi[te] expulsiue. C. XXII.

In hoc mō cōferūt administratio ɔfortātiū, ⁊ tyriaca, ⁊ mithridatum, ⁊ theodoricon, ⁊ sagçenea, ⁊ diamarte, ⁊ administret̃ in solutione eius q̄ est sicut hierapigra cum aqua specierum, ⁊ oleo de kerua, ⁊ opꝫ vt sit cibus eius de cibis bonis, sicut sunt alessidabegi, ⁊ alçirebegi cum carnibus lenibus laudabilibus.

De cura colice facte ex debilitate sensus, ⁊ eius ablatione. Cap. XXIII.

Huic generi cōfert sumere ea, q̄ sunt sicut logodiō, ⁊ sicut [g] ⌈alkikadie,⌋ ⁊ tyriaca, ⁊ mithridatum. Et ex [h] ⌈sirupis⌋ sic alcadicō, ⁊ almesusen, ⁊ vinū purū: ⁊ ex oleis bibēdo ⁊ clistericādo oleuȝ [i] ⌈alkekengi⌋ ⁊ oleū alkerua: ⁊ oleum de costo proprie: ⁊ alkitran in oleo. ⁊ pix in oleo, secunduȝ q̄ scinisti in locis preteritis.

De cura colice facte ex torsione. Cap. XXIIII.

Melior cura eius est, vt sedeat in loco [k] ⌈occulto⌋ ⁊ fricet̃ venter ei⁹ cū tactu subtili, eqli p̄parāte itestina ei⁹ ad locū: ⁊ silr iungat̃ dorsū ei⁹ ⁊ strigant̃ crura eius fortiter valde.

De cura colice facte a vermibus. Cap. XXV.

Oportet vt scias illud ex sermone nr̄o in vermibus, ⁊ curationibus eoꝝ. Qd̄ si fuerit sup vmbilicū, tūc administrent̃ ea que bibuntur: ⁊ si fuerit apud vmbilicum, et sub eo, tunc fiant clisteria dicta illic.

De cura colice facte ex ruptura Cap. XXVI.

[l] †⌈ ⌋

Regatur colica in seipsa, si nō remouet̃ p rectificationē rupture [m] ⌈deide p̄paret̃⌋ [n] ⌈Narcotica⌋ Iā diximus in libro vlt̄ q̄litatē necessitatꝫ alienationis narcoticorū. Qd̄ si fortis fiat necessitas ⁊ nō sit eoꝝ excusatio, tūc cōuenietius eoꝝ, est filoniū, ⁊ ɔfectiones: q̄s ego dicā

g A. aquositas eius
b A. auf. i. cū aliquātulo olei de kerua.
c —— A.
d † A. calide
e † A. aut siccitas
f † A. colerice
g A. anacardina ⁊ alkandicon
h A. potibus
i A. alkelkelāgi
k A. accomodato
l † A. Cura colice ex ruptura est rectificatio rupture deinde
m —— A.
n A. De regimine narcoticoꝛuȝ Caplm

in antidotario, ⁊ oē narcoticū in quo recipit̃ castoreū. Et ex eis sunt trocisci astare q̄rū descriptio. ℞. croci, storacis liq̄de. ℈. pipis lōgi, se. hyusqami albi, oium aū. ʒ. i. opij castorei amboꝝ aū. ʒ. q̄rtā, fiāt ex eis pill. pue: ⁊ sit dos eaꝝ ex duabus tertijs. ʒ. vsqꝫ ad. ʒ. i. Medicamē bonū. ℞. radicꝫ peonie, ⁊ croci, cordumeni, cipi, oium aū. ℥. ij. folioꝝ mēte sicce. costi, myrrhe, pipis lōgi, ammonii, spice inde, oiuȝ aū. ℥. iij. se. apij, [o] ⌈corticis⌋ an uden. ℈. cassie, carpobalsami oium aū. ℥. iiij. opij, se. hyusqami, corticis mādragore oium aū. ℥. i. mellis q̄ꝫtū sufficit, administret̃ post sex mēses. Et iteꝝ admistrent̃ q̄dam clisteria nota, tēperata, ⁊ ponat̃ in eis castorei. ʒ. s. ⁊ opij q̄ꝫtitas fabe, ⁊ minus. Et q̄nqꝫ ponit̃ opium [p] ⌈solū⌋ in oleis clisteris, ad colicā. Et q̄nqꝫ ponūtur cū ℔ serapinū, ⁊ assa ⁊ oleū balsami, ⁊ aliqd muschi. Et q̄nqꝫ fit tenta [q] †⌈ ⌋ ex opio, ⁊ castoreo dissolutꝫ i oleo de seib⁹, ⁊ sbmergit̃ i [r] ⌈oleo liciniū⌋ ⁊ mittit̃ i anū: ⁊ ponit̃ ei fimbria fili ⁊ dimittit̃ ex̄, ⁊ ifundit̃ oi hora: ⁊ renouat̃ supra ipꝫ medicīa.

De cibatione colicorum. Cap. XXVII.

Quod oēs hn̄tes colicā cibo indigeant lubrificatiuo, lenitiuo est res in qua non est dubitatio. Sed ⁊ q̄ ɔfortatiuo aliquo egeāt, est res que est apud debilitatē apparētē, pp vehemētiā doloris, ⁊ multitudinē eūonis. Et cōfortātia q̄dem sunt aque carnis decocte fortiter, ⁊ vitellus oui sorbilis, ⁊ medulla panis dissoluta in iure, ⁊ vino. Qd̄ aūt dimissio cibi penitus sit iuuatiua colice phlegmatice, ⁊ vētose, ⁊ alijs, est res currens cursu canonis. Et q̄nqꝫ necessariū est vt ponant̃ turbit, et scamonea in iure eoꝝ, ⁊ in pane ipsoꝝ. Et opꝫ vt sit panis eoruȝ [s] ⌈kiskariē⌋ fermētatus non açimus. [t] †⌈ ⌋ Et ɔferūt plib⁹ eoꝝ, aut nō nocēt, fic⁹, ⁊ passe ⁊ [u] ⌈algenniez⌋ ⁊ musa [x] ⌈hūida, ⁊ oīa illa q̄⌋ sunt dulcia, ⁊ melon vehemētis dulcedis, ⁊ vehemētis maturitatꝫ. Amplius cibi apose, ⁊ chokice, sunt lubricatiua fr̄a, sic aq̄ ordei, ⁊ ius de lentibus, ⁊ alessidabegi, ⁊ ius de spinachijs, si ñ timet̃ iflatio spiachioꝝ: ⁊ [y] †⌈ ⌋ qd̄ fit de prunis, et silia. Ius āt galli decrepiti, ⁊ alcanabir [z] †⌈ ⌋ ē cōe ei, q̄ fit ex fece ⁊ fr̄e cuȝ spēb⁹ suis. Et nō dat̃ licētia i carne galli decrepiti. In carne āt [ʒ] ⌈alcāburati⌋ q̄dā licētiā ñ dāt pp illō qd̄ timēt de⁹ †⌈ ⌋ carne [ꝫ] ⌈cui⁹⌋ ex̄cta ē vtus i elixatōe [a] ⌈de supfluitate.⌋ Et q̄dā sic Ruffus ⁊ G. in libris suis, ⁊ pprie i lib. de tyriaca, dicūt q̄ caro ei⁹ iuuatiua ē [b] ⌈⁊ si nō alr, saltē bibita⌋ ⁊ caro alhudub silr. Et acceptio almuri anabati aū cibū, septē sorbitionib⁹, ē iuuatiua in oi in q̄ nō est calitas maxima. Et silr sorbilia iuuāt eos. Amplius qd̄ p priū est colice frigide, est assumere almuri, ⁊ allea i cibario eoꝝ: ⁊ ɔdire cibaria eoꝝ cū porris, ⁊ sale, ⁊ ɔdire cum spēbus q̄ sunt cinamomū, ⁊. ℈. ⁊ origanum, ⁊ cyminū, ⁊ vrtica, ⁊ cartami. Et opꝫ vt sumātur alessidabegi cū spuma sinapis: ⁊ sit sal eoruȝ ex [c] ⌈cinamomo⌋ cū semibus cōmixto cū cartamo, et nigella, ⁊ cymino, ⁊ aniso. Et alienēt oia olera, nisi rutā, ⁊ siclā. Et i mēta ē iflatio ēt. Et ex potib⁹ eoꝝ, est vinū odoriferꝝ puꝝ: ⁊ sirupus de melle cū spēb⁹.

De his que nocent colicis. Cap. XXVIII.

Res que colicis nocent, alie sunt cibi: ⁊ alie sunt opatōes: cibi vō sunt oē grossum, ⁊ viscosuȝ ex carne syluestri, ita q̄ lepoꝝ, et gaçella/rū, et vaccaꝝ: et [d] ⌈aliaçir: et pisces pui ⁊⌋ proprie siue sint recētes, siue saliti: et oē frixū ex

o —— A.
p A. ⁊ similia
q † A. linita
r A. eis
s A. furfuraceus
t † A. Et sit spōgiosus vel mollis nō dēsus vel purus
u A. algiemis
x A. ⁊ dactili recentes oia ista qum
y † A. ferculum
z † A. ⁊ alfrach
ʒ A. ⁊ alcanabir
ꝫ A. retētione q̄ ex
ꝝ A. ipsius
a —— A.
b A. etiā assata
c A. sale gēma
d A. algiazor ⁊ pisces magni

carnib⁹:⁊ oē assatū quocūq; mō sit:⁊ oēs vētres animaliū, imo oīa corpora carniū, nisi illa q̄ excepim⁹ ante. Et nocēt eis [a] ⌈simila, ⁊⌋ açimus:⁊ nocēt eis [b] ⌈alsucabegi, ⁊ almidragari, ⁊ alkikatri, ⁊ albeathia, ⁊ albuçunba⌋ minoris est nocumenti. Et silr̄ [c] ⌈albasceueneket oēs nociue sunt ⁊ alscebebit ⁊ genera lactis⌋ ⁊ caseus antiqus, ⁊ recēs: ⁊ oē in quo est inflatio ex cibis. Et olera oīa, p̄ter illud qd̄ diximus de his q̄ sunt sic̄ sicla, ⁊ ruta, [d] † ⌈ ⌋ ⁊ mēta nocet eis cū iflatiōe sua. Et silr̄ eruca, ⁊ [e] ⌈altaraxacō⌋ nocet eis ēt:⁊ sicut oliue, ⁊ oēs fructus, nisi chrysomilla, ⁊ pruna cholice et cal̄e, et facte ex fece [f] ⌈cal̄e tm̄⌋ ⁊ nō alij. Et melon dulcis an̄ cibū ī dispōne sanitatꝫ est nō nociuus p̄limis colicoꝝ. Cucurbita aūt p̄prie, ⁊ [g] ⌈cucumer, ⁊ alconde, ⁊ cydonia ⁊ oua cauliū ⁊ oua napoꝝ ⁊ canabit⌋ ⁊ pira ⁊ poma ⁊ p̄prie acetosa ⁊ stiptica ⁊ çarur [h] ⌈⁊ nabata ⁊ algobeira ⁊ lētes⌋ recētes, ⁊ mora scemi:⁊ almirberis, ⁊ sumach, ⁊ acresta, ⁊ ribes, ⁊ q̄ fiunt ex eis:⁊ q̄ sunt silia illis, colico nō ē via vtēdi illis. Et silr̄ nocēt eis nuces, ⁊ amigda. hūide valde, ⁊ fabe hūide. Et de ḡnatꝫ dulcia sūt minoris nocumēti, q̄ȝ acetosa. Actiōes v̄o q̄s ip̄m opꝫ vitare sunt sic̄ retētio vētositatꝫ, ⁊ retētio egōnis. Et somn⁹ sup egōnē ī vētre, ⁊ p̄prie siccā:imo opꝫ vt cōmoueat seip̄ȝ apd̄ oēm [i] ⌈diē⌋ ad euandū. Et scias q̄ retētio vētositatis multotiēs facit accidere colicā, p̄pea q̄ subleuat eā, ⁊ exp̄mit ipsam, ita vt aggreget̄ res vna:⁊ q̄ facit accidere debilitatē in ītestinis. Et q̄nq; illud p̄ducit ad hydropisim. Et q̄nq; generat tenebrositatem visus ⁊ vertiginē, ⁊ epilepsiā. Et q̄nq; retinet̄ ī iuncturis, ⁊ fac̄ accidere spasmū, ⁊ motus sup cibū est malus ei. Et pot⁹ aq̄ fride, ⁊ [k] ⌈vinū pl̄ȝ⌋ sup cibū.

a A. cibi ex simila ⁊ panis
b A. alsecbbagi ⁊ almedir̄ ⁊ alkischie ⁊ albbeth ⁊ allauzime ⁊ alchatayf. Alia litera ⁊ lauzime ⁊ alchataif sunt
c A. alchasche nanegiat oēs nocēt ⁊ alfatit ⁊ alzalabia ⁊ lacticinia
d † A. Alia l̄ra ad frigidam
e A. tarcon
f A. p̄p calitatē
g A. alcheta id ē cucumer lōgus ⁊ alchayar. i. cucumer cōis ⁊ alcheted. i. ⁊ cucumer rotūdus et citonia ⁊ album cauliū ⁊ albū raparum ⁊ alcanabit
h A. algobera ⁊ p̄disi. Alia litera ⁊ nabach ⁊ algobera ⁊ apium recens.
i A. somnum
k A. potus plurimus

De ileos ⁊ ē sil̄ colice qū accit ī ḡcilib⁹. C.XXIX.

Ileos accidit ex oibus cāis, ex q b⁹ accidit colica:⁊ opꝫ vt reditio fiat cuꝫ causis suis, ⁊ acc̄ntibus suis, ⁊ cura curatione ad illud qd̄ dc̄m est in cap̊ colice. Et q̄nq; accidit p̄p potationē venenoꝝ facientiū ileos. Et q̄nq; accidit p̄p vehemētiā v̄tutꝫ itestinoꝝ retētiue:q̄re cōp̄rehēdit illud qd̄ ē ī eis, ⁊ retinet ip̄m. Et ex eis qb⁹ differt ab eo colica ī indicijs suis, ē q̄ multotiens fit a malitia cōpl̄onis singularis, plusq̄ȝ fiat ab ea colica. Et pl̄ȝ ei⁹ est ex cōpl̄one fr̄a:⁊ p̄prie qū accidit vt stōs sit calidus valde:tūc.n. obtorq̄t itestinū ⁊ oppilat vētositatē, ⁊ phlegma. Et q̄nq; ē cā potus aq̄ fr̄e, nō s̄ȝ necessitatē ei⁹. [l] ⌈nā dolor vētosus q ex eo ē, ē⌋ cū casu oppil̄onis, plusq̄ȝ sit dolor ei⁹ cū icisione tunicaꝝ:imo ē totū nocumētū ei⁹ ex illo. Et h̄ diuersificat̄ ab eo, qd̄ est ī colica. Et ap̄osius plus multiplicat̄ ī eo, quā colica:⁊ ē malus. [m] † ⌈ ⌋ Et multiplicat̄ in eo q ē ex ruptura, ⁊ fece, vehemētia doloris valde. Et multotiens p̄mutat̄ colica ad ileos:⁊ hec est res q̄si facta s̄m maiorē partē. Et ⌈[n] quȝ plus⌋ occidit ileos occidit in. vij. Et ipse q̄dē vadit de q̄busdā ad quosdam p̄mutatione, q̄ fit in aere pestilētioso, ⁊ de terra ad terrā p̄mutatione egritudinuȝ venientium. Inq̄t Hipp. qum accidit in colica a qua deus tueatur nos, vomitus, ⁊ singultus, et cōmixtio rōnis, ⁊ spasmus, tūc totū illud est significatio mala. Hec nāq; acc̄ntia accidunt cū cōitate stōi, ⁊ cōmunitate cerebri. Inq̄t Hipp. qum accidit ex distilatione vrine ileos:morit̄ ille cuius est ī. vij. nisi accidat fe:⁊ currat cū ea sudor p̄limus. Sed. G. ignorauit causam in hoc. Et ille q ex eo phlegmaticus est, ⁊ vētosus iuuat̄ cum fe. ēt. Et qn̄ fortis fit frequentia vomitus maligni, ⁊ alcuçeç singultus est mortalis.

l A. ⁊ vētosus q ex eo est
m † A. valde.
n A. plurimuȝ illum quem

Et bonitas vrine in hac egritudine non est plurime significationis s̄ȝ bonitatē:qual̄r ergo malitia ei⁹. Et deterior ileos est ille, in quo expellit̄ stercus ad sup̄iora, ⁊ noīatur fetidus. Deinde ille in quo est sudor fetidus, h̄ns fetorē stercoris. Deinde ille in quo est anhelitus fetidus:deinde ille in quo est eructuatio fetida:deīde ille, ī quo ē iferior vētositas fetida.

De signis. Cap.XXX.

Signa ileos sunt, vt sit dolor supra vmbilicū, ⁊ nō egrediatur aliquid oīno desubtus:⁊ nō fiat iuuamentum magnū cū clisteri, quēadmodū dixit Hip. Et q̄nq; expellitur fex ad sup̄iora, ⁊ euomit̄ fex, ⁊ vermes, ⁊ ascarides:⁊ fetet os eius, ⁊ ipsi⁹ eructuatio:imo q̄nq; fetet totū corpus, ⁊ hec significatio non diuersificatur:⁊ retētio exitus fecis est insep̄abilis ab hac egritudine. Magnitudo aūt dispōnis vomitus stercoris isep̄abilis, nō magnificat̄, nisi qum est timor. S;ȝ motus vomitus, ⁊ subuersio hic sunt plusq̄ȝ ī colica:qm̄ hoc est in itestino p̄pinquiore stō, quā ipsa. Et silr̄ accidentia tristitie ⁊ angustie, ⁊ tremor cordis, ⁊ sincopis, ⁊ vigilie, ⁊ frigus extremitatuȝ. Ista.n.ī ileos sunt plus, quā sint in colica. Et est [o] ⌈fex⌋ in phlegmatico, ⁊ in eo q factus est ex fece fortior, q̄ȝ fit in colica:qm̄ [p] † ⌈ ⌋ est in mēbro vehementioris altitudinis, ⁊ maioris corporis, ⁊ minoris q̄etis sup corpus. Et q̄nq; apparet in ipso iflatio oculi plus quā in colica. Amplius signa distōnum eius [q] ⌈similia sunt signis distōnuȝ colice⌋ sicut signa distōnū colice sunt cū signis ileos ex loco doloris, ⁊ motu eius, ⁊ paucitate iuuamēti eius cum clisteribus. Uerum factū ex venenis sig̃nt acc̄ntia significationū aliarū ante eius fortitudinē:nā ille cuius cā est venenum, q̄nq; p̄ducit ad debilitatē, ⁊ mollificationem, ⁊ tremoreȝ cordis in p̄ncipio, qū accidit anteq̄ȝ fortꝫ fiat ⁊ magnificet̄ dolor eius. Et sig̃t ipsam vt nō cognoscatur [r] ⌈p̄p cām aliā manifestā. Et factuȝ ex ap̄ate intestinoꝝ seq̄tur durities fecis, ⁊ velocitas in egōne⌋ ⁊ nō erit illic fe. neq; casus virtutis vehemens.

De cura. Cap.XXXI.

Cura ileos approp̄inquat curis colice:veꝝ est fortior:⁊ illud qd̄ bibit̄ magis iuuatiuuȝ est in eo. Et est necessariū ēt clistere in ipso:nā qū bibitur desup, ⁊ ꝯsequēter adhibet̄ clistere ab iferioribus, est adiutoriū bonū bibito. Et equale est siue p̄mittatur siue postponat̄ s̄m necessitatē, s;ȝ qd̄cūq; eoꝝ premittat̄, opꝫ vt ponatur [s] ⌈aliud⌋ debilius. Et multotiens sedat doloreȝ eius sorbitio aque calide [t] ⌈aut applicatio⌋ eius ad ipsum cū p̄pinq̄tate, resoluendo illud qd̄ nocet in eo. Et q̄busdam vī, q̄ rectius est vt equetur intestinuȝ in p̄mis cum pōne [u] ⌈inflationis eius⌋ cū facilitate:deinde clisteriçetur, ita vt p̄ueniat enema ad locū lōginqū, applicatione facili. Et phlebotomia hic est magis necessaria:nā si fuerit ap̄a, non erit eius excusatio, ⁊ si fuerit dolor fortis ex quo timeat̄ ap̄a:oportebit [x] ⌈incipere⌋ cum ea. Et ex hoc q̄nq; accidit sep̄atio maloꝝ humoꝝ in corpore p̄p retētionē eoꝝ [y] ⌈a dolore⌋ ita vt [z] ⌈feteat⌋ corpus. Et qn̄ [⁊] ⌈separantur⌋ humores mali ī corp̄e ⁊ difficilis fit exitus eorum cū fluxu vētris. [?] ⌈Et⌋ est phlebotomia ex necessarijs. Et fricatio extremitatū ēt est ex eis q̄ prohibent mām faciētem dolorē [ꝫ] † ⌈ ⌋ sep̄ando eā a p̄fundo. Et forsitā est admistratio lubricatiuoꝝ declinātium ad caliditatē, ⁊ mucilaginum calidarū cū oleo de kerua, iuuatiua in plu

o A. Alia litera grauitas
p † A. ipse
q —— A.
r A. cā alia manifesta. Et factū ex v̄tute itestino rū retētiua signi ficāt ipsuȝ vehementia duritiei fecis ⁊ velocitas vomitus fecis
s A. Alia litera alterum eorum
t A. p̄p aductuȝ
u A. follis vel instrumenti insuflantis
x A. preseruari ab ipso
y A. ab expulsione vel a loco expulsionis
z A. Alia litera tendat
⁊ A. sparguntur
? A. tunc
ꝫ † A. cū profundatione sua

rinis ileos, nisi i colico et aposo vehemētis calidi/
tatis. Et silr decoctio aneti cū sale, ⁊ oleo decoctꝫ cū
eo. Et silr inunctio corpis cū oleo calefacto, ⁊ curet
ille q phlegmaticꝰ ē cū eis, q̄ dcā sunt i colica ex ebi
bitis. Et cū eis q̄ sunt sic̄ pille de aloe, ⁊ pille de se/
rapino, ⁊ pille de pigra, Et oia illa cū oleo d̄ kerua:
⁊ clisteribꝰ eq̄libꝰ trahētibꝰ ad iferiora. Et vētosus
curat̄ cū eis q̄ sunt sic̄ illa q̄ dcā sunt illic, ex ebibitꝫ
pferētibꝰ ad vētositatē, ⁊ clisteribꝰ vt ponat̄ clistere
adiutoriū ei qd̄ bibit̄, ⁊ cū vētosis plibꝰ positꝫ in su/
perioribꝰ vētris. Et qn̄qꝫ necessariū est vt [a] ⌈ icidat
illud qd̄ est corā dolore. Et qn̄qꝫ⌋ trahit̄ mā ad mi
rach. Et cōplonalis purus curat̄ cū eis q̄ scis de p/
mutatione cōplonis, ⁊ eōne humoris fm̄ q̄ dictū
est in capo colice mālis. Et aposus cals cū eis q̄ sunt
sicut ea, q̄ d̄scripsimꝰ i colica. Et aposus frus curat̄
cū eis q̄ st̄ sic̄ illa q̄ dcā sūt i colica. Et ꝯuenietiꝰ illo
rū est potus olei de kerua in aq̄ de radicibꝰ, ⁊ aq̄ de
radicibus, [b] ⌈ ⁊ aq̄ cassiefistule⌋ ⁊ reliq̄ curationes
note. Et iterū [c] † ⌈ ⌋ aneti, ⁊ bacca/
rū lauri, ⁊ semis lini, ⁊ fenugreci, ⁊ se. altee, ⁊ se. ma
ru oium aā. aur. i. radicū triū oium aā. aur. vij. ⁊ fi/
cus. v. ⁊ seuestē. x. d̄coquant̄: ⁊ dent̄ in potu cū olo
de kerua, ⁊ amigdalarū amararū. Et cholericꝰ cu/
ratur cū eis [d] ⌈ q̄ dicta sunt i colica, sicut illa, qbꝰ cu
rātur reliq̄ q̄ residua sunt⌋ de colica. Et ille q fit ex
torsione curat̄ cū eis q̄ dicta sunt i colica. Et q fit ex
ruptura [e] ⌈ ēt curatur cū pōne exiccatiui ad expellē
dum illud qd̄ est⌋ in ruptura, ⁊ oppilatione eiꝰ. Et
ille q est ex [f] ⌈ oppilatione forti⌋ intestinorū curat̄
cū lubrificatiuis pinguibus, ⁊ iuribꝰ gallinaꝝ pin/
guiū, ⁊ pulloꝝ ⁊ arietū, quoꝝ iura pinguia suman/
tur alessedabegi, ⁊ çiribagi. Et ꝓprie qn̄ ponunt̄ in
eis anetū, ⁊ radices porri nabati, ⁊ oleū amigdali/
num. Et admistret̄ post illud clistere humiduꝫ lene
subtilis caliditatis. Et factus ex fece curat̄ in pmis
cū clisteri leui: deinde gradatiꝫ puenitur ad forte: ⁊
succedit illi potus solutiuoꝝ ꝓpriorū feci, vt depo/
nat̄ illud qd̄ remāsit. Et in venenosi curatōe icipiat̄
a vomitu, sic̄ cuꝫ aq̄ cal'a, ⁊ oleo sisamino. Et qn̄qꝫ ē
neciū vt ponat̄ in eo qd̄ [g] ⌈ i potu dat̄⌋ v̄tus turbit:
aut se. raphani. Et post illud det̄ i potu tyriaca ma
gna, ⁊ albeçar, ⁊ q̄ sunt silia illis, ⁊ ponat̄ potus aq̄
çucari, ⁊ cibꝰ ipsius iura piguia. Et qū ꝯtinuat̄ sup
eos vomitus: ⁊ nō recipiūt cibū: sumāt i potu medi
camen p̄dictū in hꝰ dispōne colice. Et qn̄qꝫ [h] ⌈ reti/
net in eis, ⁊ stare facit cibū in vētribꝰ eoꝝ vt sumāt
panē infusum⌋ in aqua calida feruēte: ⁊ eius q ac/
cidit ex cibis ponticis, ⁊ stipticis, ⁊ viscosis cura ꝓ
pinqua est cure sui relatiui ex colica, nisi q̄ magis
iuuatiua in eo sunt ea, que bibunt̄, ⁊ sorbent̄.

a A. scarificet̄ locus q vicinatur dolori qn̄qꝫ eniꝫ

b A. aut cū cassiafistula

c † A. ex duabꝰ spiciis.

d A. qbus curatur silr eius

e A. curat̄ cuꝫ situatiōe ꝓportionata reducendo vel reponēdo illud quod est expulsum

f A. vehementia virtutis

g A. vomere facit

h A. retinet̄ vomitus ipsoꝝ ⁊ retinet̄ cibꝰ in ventribus eoꝝ si tribuat̄ vel sumat̄ panis infusus

De tardi[te] ascellatōis, ⁊ velocitate eiꝰ. C. XXXII.

Illud pendet, aut a cibo, vt sit sti/
pticus: aut pōticus grossus:
aut viscosus: aut sit lenis viscosus [i] ⌈ so
lutiuus⌋ aut ex v̄tute. Nā si v̄tus expul
siua fuerit fortꝫ, expellet: ⁊ si fuerit d̄bil',
nō expellet. Et si v̄tus lacertoꝝ vētrꝫ fuerit fortꝫ, mū
dificabit: ⁊ si nō est fortꝫ, nō mundificat ⁊ retinet. Et
v̄tus sensibilis itestinoꝝ, si est fortꝫ idicat ascellatio/
nē: ⁊ si nō est fortꝫ nō idicat. Et v̄tus cōplonis, nā fri
gida ⁊ cal'a ambe retinent: ⁊ tu cognoscis regimen
fm̄ cognitionem tuam cause.

i A. fluidus

De multitudine stercoris, ⁊ paucita te eius. Cap. XXXIII.

Ista duo pēdēt ex cibo q̄litatiue, ⁊
q̄ꝫtitatiue: ⁊ ex dispōne eiꝰ qd̄
expellit̄ ad epar cibi nāqꝫ plimi humi/
di sup quē bibit̄, egō plima est: ⁊ eius ꝯ̄rij, egō pau
ca. Et qn̄ [k] ⌈ cholera⌋ magnifice expellitur ad epar
minoratur egestio: ⁊ qn̄ nō expellitur, multiplicat̄:
⁊ tu cognoscis ex eis que preterita sunt resistētiam
[l] ⌈ duarū spērum eius, fm̄ tuā cognitionē cause.⌋

Tractatus quintus de vermibus. Cap. I.

Cum [m] ⌈ euadit⌋ mā, ⁊ vestit̄
cōplone [n] ⌈ necessaria ē
rectificatio, quā tollerāt figure, et
forme, ⁊ nō ꝓhibet̄ eiꝰ p̄paratio i
cōplemēto⌋ nāli, q̄ ptinet ei ex fa/
ctore potente: ⁊ pp̄ hoc creati sunt
vermes, ⁊ musce, ⁊ q̄ cursu eoruꝫ
currūt ex materijs putridis ⁊ hu/
midis: qm̄ ille māe [o] ⌈ quꝫ rectificat̄ illud, qd̄ tolle/
rant vt suscipiāt de forma, est aial vermiculare: aut
muscale: naꝫ⌋ illud melius est q̄ꝫ vt ipse remaneant
fm̄ putrefactionē purā. Et est cuꝫ hoc q̄ ipsa [p] ⌈ sa/
liunt⌋ sup putrefactiones sepatas in mūdo, ⁊ cibā
tur eis pp̄ [q] ⌈ cōitatē⌋ ⁊ assumunt eas ab habitatio
nibus hoium, ⁊ ab aere ꝯtinēte eos. Et vermes q/
dē vētris sunt huius gn̄is. Et nō est eorū gn̄atio ex
omni humore: ipsi. n. nō gn̄antur a cholera ru. neqꝫ
nigra: qm̄ vna eaꝝ est vehemētis caliditatꝫ: q̄re non
gn̄atur ex ea vermis humidus: imo est ꝯ̄ria cōple/
xioni eius: ⁊ altera ē frida ⁊ sicca lōginq̄ a ꝓportio
nalitate [r] ⌈ aialis: sanguini⌋ v̄o custodia est attribu
ta: ⁊ mēbra vehemēter idigēt eo: ⁊ est ꝓportionalis
carni hois, ⁊ ossibꝰ eius, nō vermi, ⁊ nō est ēt ex eis
q̄ effundunt̄ ad itestina, ⁊ remanēt in eis, ⁊ gn̄at̄ ex
eis vermis. Neqꝫ ēt forma vermis, ⁊ color eiꝰ figt,
q̄ ipse fit ex mā sanguinea: imo mā vermiū est phle
gma, qn̄ calefit, ⁊ putrefit, ⁊ multiplicat̄ i itestinis,
⁊ remanet in eis. Et tu qdem scis [s] ⌈ res⌋ multitu/
dinis gn̄ationis phlegmatis. s. ex satietate nauseati
ua, ⁊ comestis, ⁊ debilitate digōnis pp̄ quācūqꝫ cau
sam fuerit, ⁊ ex cōplexione mēbroruꝫ frigida. Et ex
cibis que gn̄ant ipm sunt cibi lenes viscosi: sicut tri
ticum, ⁊ faseoli, ⁊ fabe, ⁊ ex receptiōe pulueris fari
ne, ⁊ comestione carnis crude, ⁊ lactis, ⁊ oleꝝ, ⁊ fru
ctuū humidoꝝ [t] † ⌈ ⌋ ⁊ ablutione
cū aq̄ cal'a post cibū: ⁊ silr balneatio post comestio/
nem, ⁊ coitus post repletionē. [v] † ⌈ ⌋ species ver
mium sunt quattuor. [x] ⌈ Cap. II.⌋

Longi [y] ⌈ ⁊ lati⌋ ⁊ rotūdi, ⁊ lati, ⁊
sunt ascarides ⁊ pui. Et nō
diuersificat̄ eoꝝ gn̄atio, nisi fm̄ diuersi
tatem illius ex quo gn̄antur, ⁊ diuersi/
tatem illius i quo gn̄antur. Diuersitas
aūt eius ex quo gn̄antur est, qm̄ quidā eoꝝ generā
tur ab humiditate, sup quā nō dn̄antur diuisio, ⁊ se
paratio ex pte attractionis epatis. ⁊ ex pte vehemē
tie putrefactionis. Et qdam gn̄antur ab humidita
te, quā separauit, ⁊ minorauit, ⁊ paruaꝫ fecit attra
ctio epatis ꝯtinua, ⁊ putrefactio, ⁊ multitudo [z] ⌈ cō
turbationis⌋ fecis. Et qum gn̄antur, adiuuat ad h̄
vt ipsi remaneāt parui, q̄ fex extrahit eos anq̄ꝫ ma
gnificētur, pp̄ vicinitatē eoꝝ ad exitum [z] ⌈ strictū.⌋
Et qdā gn̄antur ab humiditate inter duas humidi
tates media. Et illi q fiunt ex humiditate in intesti/
nis supioribus, sunt pp̄ humiditatē dictā in pmis. ⁊
q sunt ex humiditate in intestino recto, sunt pp̄ hu/
miditatē dictā secūdo, ⁊ q sunt in monoculo ⁊ inte/
stino colon, sunt pp̄ humiditatē dictā tertio: ⁊ longi
sunt pp̄ primā: ⁊ qn̄qꝫ perueniūt ad summā q̄ est vl
tra cubitū. Et rotundi, ⁊ lati sunt pp̄ tertiā, quāuis
gn̄entur ēt in intestinis supioribus: ⁊ ꝓprie grossi, ⁊
maximi eoꝝ. Et fortasse nō gn̄antur nisi in colon, ⁊

k A. subtile eius

l A. vel curationē aboꝝ superfluitū fm̄ ꝯ̄rietateꝫ cāe tibi cognitā

m A. aderit

n A. aliq̄, tribuitur ei magis cōueniens qd̄ ipsa pōt tollerare ex figuris ⁊ formis ⁊ nō ꝓhibet̄ eiꝰ p̄paratio a perfectione

o A. magis ꝯueniens qd̄ pōt suscipe ex formis ē forma vermicularis aut forma musice. Et

p A. possident Alia litera dominātur

q A. ꝓportionē vel similitudinē

r A. vite

s A. causas

t † A. ⁊ reruꝫ vntuosarum

v † A. Et

x — A. Et continuatur textus

y A. magni

z A. penetrationis

z A. Alia litera breuem

monoculo: deinde sparguntᷓ ex latere ad stōm: ⁊ ex latere ad anū, ⁊ parui sunt pp secundā. Et isti lati, ⁊ rotūdi sunt, q̄si generētur ex ipsis viscositatibꝰ fixis in supꝑficie intestini, quas cōprehēdit paniculus mucosus, velās eas quasi ipsi gn̄entur ex eo, ⁊ in ipso putrefiāt. Et de eis minus nociui sunt pui, qm̄ sunt parui: ⁊ qm̄ sunt elōgati a principijs: ⁊ qm̄ sunt apti ad expellēdū cū fece forti spissa: verū ipsi si magnificantᷓ, ⁊ accidat eis vt remaneant spatio aliq̄ztulo, ⁊ magnificantᷓ in eo, tūc sunt deteriores oībꝰ: qm̄ ipsi sunt ex deteriori mā: deīde lōgi: nā ipsi nō sunt ī malitia latoꝝ: qm̄ mā eoꝝ. s. latoꝝ est vehemētioris putrefactionis. Et lati, ⁊ parui plurimi exitus sunt ex ano pp vicinitatē ani, ⁊ debilitatē: quare non pn̄t figi in intestino fixione lōgorū. Et sicut longi sunt vehementioris fixionis, sic parui sunt vehementioris expulsionis. Et cum habētibus vermes adest fe. accidētia sunt fortia, ⁊ maligna: qm̄ fe. ꝯsumit cibum eoꝝ: quare mouentᷓ ad querēdū ipm̄, ⁊ figuntᷓ in intestinis: ⁊ qm̄ fe. nocet eis in suba ipsoruz, ⁊ affligit eos. Et qm̄ fe. addit in nā eoꝝ putrefactionē, ⁊ acuitatem, ⁊ afflictionē. Et qm̄ cholera quꝫ effunditur ad eos in fe. ledit eos. Qum ergo inuoluuntᷓ in intestinis, ⁊ mordicāt ea nocēt vehemēter. Et iā retulerunt qdā, ꝙ viderūt eos pforasse vētrem, ⁊ exiuisse ex eo: ⁊ illud apud me maximuz est. Et [a] ⌈pp hoc⌋ eleuātur ex eis vapores mali ad cerebrū, ⁊ nocēt ei: ⁊ qn̄q̄ꝫ est retētio eoꝝ in itestinis. Et qd̄ ipsi faciunt accidere [b] ⌈putrefactionē⌋ cā fe. Et nō ē eoꝝ dispō in hoc, ꝙ ꝑ ipsos sit iuuamētū in mūdificatione itestinoꝝ, iuuamētū qd̄ fit ꝑ vermes, ⁊ filia eoꝝ, in mūdificatione putrefactionis mūdi: qm̄ in itestinis est mūdatoriū expulsiuuꝫ ex nā. Et qm̄ proportio eius qd̄ gn̄atur ex istis [c] ⌈putrefactionibꝰ in itestinis superfluētibus⌋ ab expulsione nā, maior est ꝓportione [d] ⌈vermiū⌋ ⁊ similiū ad aerē mūdi, ⁊ terrā eius. Et qm̄ ex istis gn̄antur nocumēta alia [e] ⌈quoꝝ operationes sunt ex proportione eoꝝ indigentiū cibo⌋ ⁊ ex cōtrarietate motus eoꝝ. Et ex hoc ꝙ faciūt accidere colicam: ⁊ ex ꝯtrarietate qualitatis sup quā figitur cōplexio corporis, ⁊ alijs. Et qn̄q̄ꝫ gn̄antur pp vermes, ⁊ serpentes epilepsia, ⁊ colica. Et qn̄q̄ꝫ generatur fames canina, ꝓpterea q2 vehemēter rapiunt cibū. Et qn̄q̄ꝫ generāt bolisinū, ⁊ casuꝫ [f] ⌈virtutis oris⌋ stōi, ꝓpter eleuationē suam ad ipsum, et [g] ⌈quia infrigidāt⌋ ipsum. [h] † ⌈ ⌋ Et qn̄q̄ꝫ seqtur vtrasq̄ꝫ dispōnes tremor cordis maximus: ⁊ plurimū generātur in etate infantie, ⁊ pubertatis, ⁊ in fine adolescētie. Et ascarides fm̄ plm̄ gn̄antur in eis, q separantur ab etate infantie. Sed rotūdoꝝ plm̄ est in infantibus, deinde in adolescentibus ⁊ minoratur in senibus, qum tamē illud totū fit. Et ipsi quidem generantur in autūno plurimū q̄ꝫ in reliquis tēporibus, ꝓpter premissionē assumptionis fructuum, ⁊ similiū, ⁊ putrefactionem. Et ipsi cōmouentur in sero, ⁊ plimuꝫ in hora somni. Et labor quidē, ⁊ exercitiū vehemēs qn̄q̄ꝫ solutione educit vermes. Et qum egrediūtur vermes habentium feb. acutas viui, non sunt vehementis malitie: nam significant sanitatem virtutis, ⁊ potentiam expulsionis, ⁊ proprie post declinationem. Et si egrediuntur mortui sunt signum malum. Et ad summū eorum exitus in febribus cū egestione, non est significatio bona: ⁊ proprie ante declinationem: verū [i] ⌈in dispōne fe.⌋ est melior. Uerꝫ eoꝝ exitus nō in dispositione feb. qn̄ cū eis est sanguis, est malus: ⁊ indicat nocumētū ī corpe, ⁊ ī itestinis: sꝫ eoꝝ exitꝰ cū vomitu sigat humores malos in stō.

a A. Alia litera similiter

b A. de putrefactione

c A. ad putrefactionē in itestis supfluentem

d A. muscarum

e A. ex hoc ꝙ rapiūt de cibo necessario corpori. Alia litera ⁊ qm̄ ꝓportio ꝓmiū ad putrefactionē i itestinis ⁊ ad totū corpus hois est maior ꝓportione

f A. appetitus ex ore

g A. fetorē ipsorū ꝯuenietēꝫ ad

h † A. Alia lr̄a ⁊ q̄litatē ipsoruꝫ cāntē abominationē in stō

i A. eorū exitus cum vita

De signis. Cap. III.

Signa qdem cōia sunt, cursus saliue, ⁊ humiditas labioꝝ in nocte, ⁊ eoꝝ exiccatio in die, ꝓpea ꝙ caliditas expanditur in die: ⁊ coarctatᷓ in nocte. qū ergo spargitᷓ caliditas, attrahitur humiditas cū ea: quare vermes incurrūt famē, ⁊ attrahūt a stō: q̄re exiccatᷓ supꝑficies ꝯtinua ei ex supꝑficie oris ⁊ labij. Et adiuuat eū ad exiccāduꝫ labiū aer exterior: q̄re laborat īfirmus in humectādo labiū suū cū lingua sua. Et qn̄q̄ꝫ accidit habētibus vermes rixa, ⁊ horribilitas locutionis, ⁊ quasi ipse sit in forma irati maloꝝ moꝝ. Et qn̄q̄ꝫ ꝑducunt ad alienationē pp illud, qd̄ eleuatᷓ de vaporibꝰ malis: ⁊ accidūt eis accn̄tia karabitus, nisi ꝙ nō colligūt pilos, ⁊ nō patiuntᷓ sodā, ⁊ nō patiuntᷓ tinitū auris. Et accidit eis stridor dētiū, ⁊ ꝓprie in nocte. Et sunt ī plibꝰ horis, q̄si masticēt aliqd, ⁊ q̄si appetant extrahere linguā. Et accidūt eis saltus ī sōno, ⁊ tremor, ⁊ clamor ī ipso, ⁊ agitatio forme, ⁊ ira ad versus illū q euigilat eos: ⁊ accidūt eis sup cibum nausea, ⁊ tristitia, ⁊ itersecatᷓ vox eoꝝ, ⁊ debilitatᷓ pl'sus ipsoꝝ ⁊ apud cōmotionē, est, q̄si ꝓstratus, ⁊ ē eoruꝫ egō, vt pl'ꝫ [k] ⌈dura.⌋ Casus āt appetitꝰ, ⁊ eiꝰ vehemētia ē, fm̄ ꝙ diximꝰ ī cap̄ cāꝝ. Et qn̄q̄ꝫ accidit eis sitꝫ, cū q̄ nō satiantᷓ: ⁊ sil'r qn̄q̄ꝫ accidunt eis egritudines q̄s diximꝰ illic. Et qn̄ fortes fiūt dolor, ⁊ egritudo, cadūt, aut spasmantᷓ, aut torq̄ntᷓ ac si eēnt epileptici. Et qn̄q̄ꝫ accidit eis ī hꝰ hora, vt euomāt eos: ⁊ diuersificantᷓ colores eoꝝ, ⁊ color oculorū ipsoꝝ: ⁊ qn̄q̄ꝫ remouetᷓ color facieꝝ eoꝝ, ⁊ oculoꝝ ipsorū. Et qn̄q̄ꝫ redit, ⁊ qn̄q̄ꝫ īflantᷓ, aut tumescūt: aut tēdūtur vētres eoꝝ, sicut hydropicoꝝ: ⁊ q̄si [l] ⌈non sunt vētres eoꝝ nisi hydropicoꝝ.⌋ Et qn̄q̄ꝫ apantᷓ testiculi eoꝝ, ⁊ emittūt sudorē frm̄ cū fetore vehementi. De signis aūt distōnis eoꝝ q̄dā sunt cōis distōnis, ⁊ est exitus illius spēi [m] ⌈ex egressione. i. ano⌋ deīde lōgos sign̄t cōmotio oris stōi, ⁊ mordicatio ipsiꝰ cū pūctione eius, qd̄ seqtur ipm̄: ⁊ difficultas trāsglutiēdi, ⁊ casus appetitus fm̄ plm̄, ⁊ [n] ⌈nocumētū ex cibo, ⁊ lubricitas.⌋ Et qn̄q̄ꝫ nocēt pulmoni ⁊ cordi pp vicinitatē suā, ⁊ qn̄q̄ꝫ accidunt tussis sicca, ⁊ tremor cordis, ⁊ diuersitas pulsus, ⁊ sunt somnus, et exiccatio nō fm̄ ordinē: ⁊ est pigritia, ⁊ accidūt pruritus, ⁊ ituitus, ⁊ palpitatio, ⁊ aptio oculi: īmo ꝯclinat ad clausionē oculi. Et accidit oculis eoꝝ vt rubeāt qn̄q̄ꝫ, deīde alia vice obfuscentᷓ. Et qn̄q̄ꝫ tēdūtur vētres eoꝝ, ⁊ fiūt sicut hydropici. Et qn̄q̄ꝫ accidit eis fluxꝰ vētris. Cū latis aūt, ⁊ rotūdis appetitꝰ fm̄ plm̄ multiplicatᷓ: qm̄ fm̄ plm̄ elōgantᷓ a stō, q̄re nō nocēt ī eo, ⁊ rapiūt cibū, ⁊ mouentᷓ in tp̄e famis motu nocēte [o] † ⌈ ⌋ debilitāte v̄tutem, ⁊ mollificāte, icidēte ī eo qd̄ seqtur vmbilicum. Paruos aūt sig̃t pruritus ani, ⁊ insepabilitas cōmotionis apud ipm̄. Et qn̄q̄ꝫ adeo fit fortis, donec accidit sincopis: ⁊ inuenit hn̄s eos, qum aggregantᷓ in itestino suo, grauitateꝫ sub hypocōdrijs suis, ⁊ dorso. Et ex eis q̄ cōferunt istis omnibꝰ est vt sorbeant aliquid aceti in tp̄e somni.

k A. liquida

l A. vēter eoruꝫ fit durus

m A. q̄ egreditᷓ

n A. abominatio cibi ⁊ singultus

o † A. mordicāte

De cura. Cap. IIII.

Atentio que attēditᷓ in curationibus vermiuꝫ, est vt ꝓhibeantur a mā gn̄ante eos, ex cōmestis ꝑdictis, ⁊ vt mūdificetur phlegma aggregatū in itestinis ex quo gn̄antᷓ: et vt interficiantᷓ cū medicis, q̄ sunt venena in cōparatione [p] † ⌈ ⌋ ⁊ sunt amari sapor] de qbꝰ q̄dā sūt cal'e ⁊ q̄dā fride: q̄s dicemus: ⁊ medicie q̄ opantur cū ꝓprietate: deīde fluxu vētris educantᷓ post iterfe

p † A. ad co

ctionem, qm̃ nõ expellit eos nã p se. Nõ.n.opʒ vt p᷑ longet᷑ eoꝝ statio in vẽtre post mortẽ, ⁊ [a] ⌈ exiccationem ⌋ ⁊ iferat vapor eoꝝ nocumẽtũ venenosũʒ. Et medicine qdẽ calide ad gradũ pueniẽtes tertiuʒ sũt cõuenientiores in regimine eoꝝ hora oĩ, nisi illic sit fe. aut apa: amari.n. cali cõpl'o ꝯ̃ria est eis cũ caliditate: ⁊ est ꝯ̃ria cũ qualitate, illis que ipsi magis dili gunt.s. vnctuosum, ⁊ dulce. Et iuenit᷑ ex ebibitis, ⁊ enematib⁹, q̃ aggregãt [b] ⌈ ꝓprietates tres. ⌋ Suppositoria v̑o melius est vt ipsa extrahãt, q̃ʒ vt ipsa iterficiant: nisi [c] ⌈ ꝙ in ⌋ recto est ex puis vermibus. Q̃ñqʒ eni fit ex gñe vnctuosi dulcis, vt trahatur ad ipsa vermis, ꝓpea qꝛ diligũt ea, ⁊ egrediunt᷑ cuʒ eis [d] ⌈ q̃ ⌋ extrahunt᷑: ⁊ melius qdẽ curant᷑ cũ ebibitis hora vacuitatis vẽtris. Et qum mittunt᷑ venena interficiẽtia eos in lacte, ⁊ in [e] ⌈ fauũ mellis ⌋ ⁊ similibus, sunt ipsi ad sumẽdũ ex eo diligentes magis: ⁊ est illud magis interficiẽs eos. Et q̃ñqʒ sumit in potu hñs vermes, sicut lac duob⁹ dieb⁹, deinde potat in die tertio in lacte medicinã interficientẽʒ eos, Et q̃ñqʒ fugit ante eã [f] ⌈ fauũ mellis. ⌋ Q̃unqʒ inuenit odorẽ eius puenit ad sugẽdũ illud q̃d [g] ⌈ deponitur ad ipm ⌋ ⁊ qñ sequnt᷑ illud medicine sunt magis interficiẽtes eos. Et qñ tu admĩstras [h] ⌈ medicinaſ venenosas interficiẽtes ⌋ tũc melius est vt linias stõm cũ stipticis, ⁊ ꝓprie in qbus est virtus interfectiua vermiuʒ, sicut sumach, ⁊ [i] ⌈ hypoqstidos ⌋ ⁊ acatia dissoluta in vino. Et silr̃ capparis, ⁊ anetũ in vino. Et si nõ tollerãt stipticitatẽ hoꝝ, tunc lutũ sigillatũ in vino. Et qũ bibunt᷑ medicine faciẽtes ad v̑mes, tunc oportebit vt stringantur nares vehementer, ⁊ [k] † ⌈ ⌋ multiplicet᷑ extractio anhelitus, ⁊ intromissio eius, q̃ʒtũ pol'e est: nã rectius est vt nõ permisceatur cũ anhelitu aliqd de odore earũ. Et de curatiõe ꝯtinua cũ curatione vermiũ, est rectificatio appetitus cũ cadit. Et q̃ñqʒ inuenitur ĩ emplis, ⁊ eis q̃ bibunt᷑, q̃d aggregat ad ꝯfortationeʒ appetitus, ⁊ ĩterfectionẽ, ⁊ extractionẽ eoꝝ: sicut aloes cũ apsinthio, ebibitis pillulis factis ex eis: ⁊ [l] ⌈ epithimate ⌋ facto ex eis: ⁊ silr̃ [m] † ⌈ ⌋ cũ robub acetosis. Et q̃ñqʒ aggregat᷑ cũ vermibus fluxus ventris, q̃re necessariũ est vt interficiãtur tantũ: motus nãqʒ [n] † ⌈ ⌋ exhit eos. Et q̃ñqʒ dispõ exigit vt iterficiant᷑ cũ stipticis amaris, vt aggregẽt᷑ mors eoꝝ, ⁊ retentio nature.s. qñ aggregãtur vermes, ⁊ fluxus vẽtris, ⁊ timet᷑ casus [o] ⌈ appetitus. ⌋ Et [p] ⌈ empl'entur ⌋ cũ emplis stipticis in qbus est interfectio aliq̃ vermiũ: [q] ⌈ ⁊ nõ deijciũt virtutẽ ⌋ deide [r] † ⌈ ⌋ ipsi egrediant᷑ post illud: aut p expulsioneʒ nãe: aut per medicinã: aut suppositoria: ⁊ q̃ñqʒ sunt cũ eis apata in viscerib⁹, ⁊ est neciũ regimẽ subtile. Et medicine q̃ iterficiũt ascarides fortiores sunt eis, q̃ iterficiunt lõgos: ⁊ ille q̃ iterficiũt ascarides, ⁊ rotũdos, iterficiunt ẽt lõgos: ⁊ cã ĩ hoc est, ꝙ ascarides sunt remotiores ab eis, q̃ bibunt᷑, ⁊ sunt magis submersi ĩ humiditatibus [s] ⌈ ꝯuenientibus eis ⌋ ⁊ q̃ñqʒ sunt in'cisti. Et qm̃ ipsi generati sunt a mã grossa, ⁊ grossiore ⁊ spissiore, ⁊ ꝓpinquiore ad cõplexionẽ calidam, et magis simili ei quod est venenum: quare non patit᷑ a suo simili, dum non superfluat.

a A. putrefactionem vel fetoreʒ
b A. tria iuuamenta
c A. illis q sunt in itestino
d A. qum
e A. carne super prunas assata
f A. carnẽ super prunas assatam
g A. descẽdit ad ipsum
h A. clisteria venenosa iterficiẽtia eos
i A. tarathit
k † A. non
l A. linimẽto
m † A. aloes
n † A. nature
o A. Alia litera virtutis
p A. proprie
q A. vt nõ cadat virtus
r † A. vt
s A. ꝯtinentibus eos

ℭ De medicinis calidis interficientibus vermes, et proprie longos. Cap.V.

uamenti, mundificans corpus ab vltimis extremi/
tatibus suis cum solutione, in qua non est labor, om
nium humoꝝ, ⁊ superfluitatũ: ⁊ cõfert ad egritudi/
nes capitis, ⁊ dolorẽ, ⁊ emigraneaȝ, ⁊ cephaleam, ⁊
v̄tiginẽ, ⁊ alguesgues, ⁊ maniã, ⁊ epilepsiã, ⁊ timorẽ
⁊ paralysim, ⁊ mollificationẽ imo ad apoplexiã. Et
totũ illud accepta in puluere, sic̃ dictũ ẽ de scelithe, ⁊
ẽ melior illo pl'm. Et ꝯfert ad dolores auris, ⁊ oculi,
⁊ cõfortat stomachũ, ⁊ aperit oppilationes epatis,
⁊ prouocat mẽstrua, ⁊ remouet difficultateȝ anheli/
tus, ⁊ ꝯfert ad quartanã. ⁊ oẽs passiones phlegma/
ticas crudas, ⁊ febres antiq̃s, ⁊ valet ad dolores iũ
cturarum, ⁊ podagrã, ⁊ venã sciaticã: ⁊ est vtilis ad
tyriam, ⁊ alopitiã, ⁊ vlcera antiqua in capite, ⁊ alia,
⁊ ad baras, ⁊ morpheã, ⁊ impetiginẽ, ⁊ excoriatio/
nem, ⁊ leprã, ⁊ ad scrofulas, ⁊ ap̄ata frigida, ⁊ can/
cros cuius hec est permixtio. ℞. pulpe collogntı/
de. ʒ. v. cepe sqlle assate, ⁊ agarici, ⁊ scamonee, ⁊ hel
lebori ni. ⁊ ammoniaci, ⁊ scordeon omniũ añ. ʒ. iiij.
ß. ⁊ in descriptione alia oium añ. ʒ. ij. ß. epithimi, ⁊ ca
medreos, ⁊ bdellij, ⁊ aloes oium añ. ʒ. iij. basce, ipe
ricõ, ⁊ folij indi, ⁊ prassij, ⁊ polij, et cassie, ⁊ melano/
piperis, ⁊ leucopiperis, et macropiperis, et croci, ⁊
cinamomi, et oppoponaci, et polypodij, et serapini,
et castorei, et myrrhe, et petroselini, et aristol'. lõge, ⁊
succi absinthij, et euforbij, et spice, et amomi, et çin/
çiberis omnium añ. pondus. ʒ. ij. gentiane, et stica/
dos añ. ʒ. i. ß. mellis quantum sufficit: dosis integra
auř. iiij. cum aqua tepida, et melle: aut cuȝ decoctio
ne epithymi, et passularũ enucleatarum.

Hieralogodion ẜm descri/
ptionẽ filagrij. ℞. pulpe collogntide, ⁊ [a]⌈croci⌋
⁊ ammoniaci, et corticũ hellebori albi, ⁊ scamonee,
et ipericon oium añ. auř. x. epithymi, et polypodij,
et bdellij, et aloes, et camedreos, et prassij, et cassie
oium añ. auř. viij. macropipis, et leucopipis ⁊ mela
nopipis ⁊ cinamo. et croci, et oppopo. et serapini, et
castorei. et petroselini, et aristol'. longe oium añ. auř.
iiij. ꝯficiatur cũ melle dispumato: et sit dosis auř. iiij.
aut. iij. ẜm virtutẽ cuiusq; hois cũ aq̃ mellis, et sale.

a A. agarici

Hieralogodion ẜm descri/
ptionem pauli. ℞. pulpe collogntide auř. xx. ce/
pe muris assate, et agarici, et ammoniaci, et corticũ
hellebori ni. et scamonee, et ipericon omniũ añ. auř.
x. polypodij, et epithymi, et bdellij, et aloes, et came
dreos, et prassij, et cassie omnium añ. auř. viij. myr/
rhe, et oppoponaci, et serapini, et petroselini, et triũ
piperuȝ, et cinamomi, et croci, et castorei, et aristolo
gie lõge oium añ. auř. iiij. mellis quãtum sufficit.

Hiera ruffi faciens ad cholerã nigram, et
phl'a, et alopitiam. ℞. pulpe
colloquintide auř. xx. camedreos aureos. x. serapi/
ni, et oppoponaci amborũ añ. auř. viij. seminis apij
montani auř. v. aristol'. rotunde auř. v. piperis albi,
et nigri amborum añ. auř. v. cinamomi auř. iiij. cas/
sie auř. viij. sticados, et croci, et polij, et myrrhe om
nium añ. auř. iiij. infunde myrrhã cum vino, et tere
medicinas, et confice cum melle dispumato, et pone
in vase, et vtere qum necesse fuerit. Et in descriptio/
ne alia, pulpe collogntide. ʒ. xx. aloes scotrensis põ/
dus. ʒ. v. galange. ʒ. x, camedreos. ʒ. xx. serapini, et
oppoponaci amborũ añ. ʒ. viij. aristol'. rotũde, et pe
troselini, et piperis al. nigri oium añ. ʒ. v. spice, et cas
sie, et cinamomi, et croci, et çinçiberis, et myrrhe, et
polij omniũ añ. auř. ij. et inuenimus additũ in descri/
ptione alia relatuȝ ad hoc qđ est in [b]⌈suriamati⌋ de
medicinis, camepitheos, et agarici, et prassij oium
añ. ʒ. x. et ꝯficiať cũ melle, et sit doß ei⁹ põdus. ʒ. iiij.
cũ aq̃ cal'a, et melle, et sale in ieiunio post abstinẽtiã.

b A. lingua syra

Descriptio vniuersitatis hie
re archigenis, que confert omni egritudini gñate ex

a A.principio

phlegmate crudo, ⁊ nõ crudo, ⁊ melãcholia, ⁊ [a] [vitio] aque in oculo, ⁊ dolori capitis, ⁊ facit ad vertiginem, ⁊ epilepsiã, ⁊ valet ad inceptionẽ egritudinũ visus, ⁊ raucedinẽ humidam, ⁊ dolores gutturis, et difficultatẽ anhelitus, ⁊ spasmũ, ⁊ exituras ex materijs grossis, ⁊ confert ad aquã citrinam, ⁊ scabiẽ. Et qñqꝫ datur in potu parũper ꝑpter dolores stõi, ⁊ ventris, ⁊ matricis [b] † [ ] cuꝫ decoctione rute. Et qñqꝫ ponitur in ea castorei parum.s. vsqꝫ ad siliquas.iij. ⁊ ad dolorẽ dorsi, ⁊ [c] [metron, ⁊ ad venam] sciaticã, ⁊ ei sibia cum aqua centauree: ⁊ permiscẽtur cũ ea ẽt succus cucumeris asinini, ⁊ colloquintide silique.iiij. in aqua abrotani, ⁊ dat᷑ in potu ad morsuꝫ canis rabiosi, ⁊ facit securitatẽ a timore aque precipue cum põdere.ʒ.i. de adustione cancri fluuialis: cuius hec est ꝑmixtio. ℞.pulpe colloquintide.ʒ.xxij.prassij, ⁊ sticados, ⁊ hellebori ni. ⁊ camedreos, ⁊ scamonee, ⁊ leucopipis, ⁊ macropiperis oium añ.ʒ.ij.cepe muris assate, ⁊ euforbij, ⁊ aloes, ⁊ croci, ⁊ gentiane, ⁊ petroselini, ⁊ ammoniaci, ⁊ oppoponaci oium añ.ʒ.i.polij, ⁊ cinamomi, ⁊ serapini, ⁊ myrrhe, ⁊ spice, ⁊ squinanti, ⁊ calamẽti montani, ⁊ aristologie rotunde omnium ana.ʒ.ij. mellis quantum sufficit: ⁊ sit dosis aur᷑.iiij.cum decoctione epithymi, ⁊ passularum mundatarum.

b † A. ⁊ cursum ex eis

c A.renũ ⁊ emũcroitorũ cuꝫ aq̃ apij ⁊ ad

Hiera archigenis descriptione Pauli.

℞.prassij, et agarici, ⁊ camedreos, ⁊ pulpe colloqntide, ⁊ sticados oium añ.pondus aur᷑.xx.oppoponaci, ⁊ serapini, ⁊ petroselini, ⁊ aristol᷑.rotunde, ⁊ piperis al.omnium añ.aur᷑.v.cinnamomi, ⁊ spice, ⁊ polij, ⁊ croci oium añ.aur᷑.iiij. Tere ex medicinis que sicca sunt. ⁊ ꝯquassa gũmas, ⁊ ĩfunde ĩ melle, ⁊ ꝑmisce: ⁊ sit dosis aur᷑.iiij.cũ salis triti põdere.ʒ.i.cũ aq̃ mellis.

Theodoricon magnum qꝺ valet ad

corruptionẽ cõplexionis frigide, ⁊ repletionẽ, ⁊ superfluitates viscosas grossas, ⁊ obliuionẽ, ⁊ tenebrositatem visus, ⁊ difficultatẽ anhelitus, ⁊ stuporem, ⁊ dolores epatis, ⁊ stõi, ⁊ splenis, ⁊ renum, ⁊ matricũ, ⁊ prohibitionẽ mẽstruorũ, ⁊ colicam: ⁊ est solutiuuꝫ absqꝫ labore: cuius dosis sit põdus aur᷑.iiij.cũ decoctione epithymi, ⁊ agarici, aut cũ aqua cal᷑a. Cuius hec est ꝑmixtio. ℞.aloes scotrẽsis põdus.ʒ.x.agarici albi pondus.ʒ.xx.croci, ⁊ cinamomi, ⁊ acori, et masticis, ⁊ olei balsami oium añ. põdus.ʒ.iij.reusini.ʒ.i.s.xilobalsami, ⁊ carpobalsami, ⁊ euforbij, et macropiperis, ⁊ piperis albi, ⁊ nigri, ⁊ gẽtiane ro. ⁊ floris sqnanti oium añ.põdus.ʒ.ij.costi amari, camedreos, epithymi oium añ.ʒ.iiij.assari, ⁊ cassie, et scamonee omnium añ.pondus.ʒ.vj.spice odorifere pondus.ʒ.iij.s.meu, ⁊ amomi amborum añ.põdus ʒ.i. Aggrega has medicinas tritas, et cribellatas, ⁊ confice cum melle dispumato, ⁊ repone in vase, et vtere post sex menses.

Theodoricon aliud quod confert oibus egritudinibꝰ

excitatis ex frigore, ⁊ phlegmate. ℞.aloes põdus.ʒ.xxx.agarici pondus.ʒ.xij.acori, ⁊ croci, et cinamomi, ⁊ [d] [alkeia] ⁊ hermodactilorũ, ⁊ cassie omnium añ.ʒ.iij.camedreos, ⁊ leucopiperis, ⁊ assari, ⁊ xilobalsami omnium añ.pondus.ʒ.ij.melanopiperis, ⁊ castorei amboꝝ añ.ʒ.iiij.reusini, ⁊ [e] [myrrhe] ⁊ spice oium añ.põdus.ʒ.i.mellis q̃ʒtũ sufficit: dosis eiꝰ põdus.ʒ.iiij.cũ aq̃ cal᷑a: ⁊ antiq̃tur.vi.mẽ.

d A.alkle

e A.mu

Theodoricon aliud faciens

ad illas passiones, cuiꝰ hec est ꝑmixtio. ℞. [f] [acori põdus.ʒ.viij.nucis muschate.ʒ.xij.aloes scotrensis.ʒ.lx.agarici pondus.ʒ.xliiij.reusini].ʒ.iij.piperis albi ⁊ gentiane amborum añ.pondus.ʒ.iiij.croci, ⁊ gariofilorum, ⁊ acori, [g] [in alio galbani ⁊ keiati] ⁊ cinamomi omnium añ.ʒ.vi.assari, ⁊ xilobalsami amborum ana pondus.ʒ.iiij.cassie, ⁊ scamonee omnium añ.pondus.ʒ.xij.spice.ʒ.viij.scordeon põdus.ʒ.ix.amomi, ⁊ rubee, ⁊ piperis ni. ⁊ piperis lõgi ⁊ squinanti omnium ana pondus.ʒ.ij.ireos pondus.ʒ.viij. Tere ⁊ cribella, ⁊ cum mellẽ quantũ sufficit confice, ⁊ antiquetur.vi.men. ⁊ sit dosis põdus ʒ.iiij.cum aqua calida.

f A. acboen.ʒ.xviij.nucis muschate raucudisni.

g A. ⁊ chie

Theodoricon cum nuce muschata,

faciẽs ad oẽs egritudines antiquas capitis, ⁊ ad maniam, ⁊ alguesgues, ⁊ dolorẽ capitis, ⁊ vertiginem, ⁊ ad epilepsiam, ⁊ ad debilitatẽ visus, ⁊ ad dolorem epatis, ⁊ splenis, ⁊ renum, ⁊ colicaꝫ, ⁊ prouocat menstrua retenta, ⁊ ad lepram. ⁊ baras, ⁊ ad dolorem podagre, ⁊ iuncturaruꝫ, ⁊ ancharum, ⁊ ad febres chronicas antecedentes: ⁊ eius solutio est sine nocumento. Cuius hec est permixtio. ℞.aloes ʒ.lx.agarici.ʒ.xxiiij.scordeon, ⁊ xilobalsami amborum añ.ʒ.iiij.costi.ʒ.viij.acori, ⁊ masticis, ⁊ cinnamomi, ⁊ gariofilorũ omniuꝫ añ.ʒ.vi.cassie, ⁊ nucis muschate amborum añ.ʒ.xij.epithimi.ʒ.xviij.spice ʒ.vi.camedreos.ʒ.viij. [h] [myrrhe].ʒ.ij.trium piperum, ⁊ euforbij ana.ʒ.iiij.floris squinanti.ʒ.ij. gentiane.ʒ.iiij.amomi.ʒ.ij.scamonee.ʒ.xviij.mellis dispumati quantum sufficit, cuius dosis sit.ʒ.iiij. cum decoctione epithymi.

h A. Alia litera mu

Theodoricon aliud vsitatũ.

℞.aloes.ʒ.lx.agarici.ʒ.xxiiij.masticis, ⁊ croci, et acori, et cinamomi, et spice omnium añ.ʒ.vi.aristol᷑. ⁊ carpobalsami, ⁊ euforbij, ⁊ trium piperum, ⁊ gẽtiane omnium añ.ʒ.iiij.camedreos, ⁊ costi amborũ añ.ʒ.v.cassie, ⁊ epithymi amboꝝ añ.ʒ.xij.myrrhe, ⁊ floris squinanti, ⁊ amomi oium añ.ʒ.ij. scamonee ʒ.xx.mellis quantum sufficit: cuius dosis, ⁊ administratio, et iuuamenta sunt sicut primi.

Hiera Gal᷑.descriptiõe vniuersitatis,

et de iuuamentis eius est, ꝙ ipsa est subtilior, et efficacior q̃ꝫ theodoricon, et logodion: faciẽs ad paralysim, et torturam, et spasmum, et mollificationem, et purgat a corpore superfluitates viscosas, grossas, et diuersas, et stringit mollificationẽ vesice, et exitũ vrine absqꝫ volũtate: cuius hec est ꝑmixtio. ℞.pulpe colloqnintide, et agarici, et cepe muris assate. ⁊ ammoniaci, et scamonee. et hellebori nigri, et ipericon, et euforbij omnium ana.ʒ.xvi.polypodij, et epithymi, ⁊ bdelij subalbidi, ⁊ camedreos, ⁊ prassij, et cassie omnium ana pondus.ʒ.vij.myrrhe, et serapini, et aristol᷑.longe, et trium piperuꝫ, et cinamomi, et oppoponaci, et castorei, et petroselini omniuꝫ ana.ʒ.iiij. Et de hoibus sunt quidam qui ponunt in ea croci pondus.ʒ.iiij. Aggrega has medicinas tritas, et cribellatas, infusis eis que ex ipsis infunduntur in triplicato, et confice cum melle dispumato, et vtere qum necesse fuerit post sex menses.

Hiera Gal᷑.descriptiõe pauli.

℞.camedreos, et leucopiperis, et macropiperis, et agarici, et sticados, et hellebori nigri, et scamonee, et spice, et epithymi, et cepe muris assate omniũ añ.aur᷑.vi.myrrhe, et croci, et ammoniaci, et ipericon oium añ.aur᷑.viij.mellis quantum sufficit.

Hiera Sat. ℞.pulpe colloquintide.ʒ.iiij.camedrios, ⁊ cepe muris assate, et croci, et agarici, et scamonee, et hellebori nigri, et sticados, et ammoniaci, ⁊ ipericon omniuz an̄.ʒ.iij.⁊ sextam.ʒ.i.epithimi, et polij, et bdelij, et camepitheos, et prassij, ⁊ aloes, et cassie, et polypodij omnium an̄.ʒ.i.s.⁊ trium piperum, et myrrhe, ⁊ cinamomi, et croci, et oppoponaci, ⁊ serapini, et castorei, ⁊ petroselini ⁊ aristologie rotūde, et euforbij omnium ana medietatem, et tertiam.ʒ.i.et mellis quantum sufficit: dosis sicut logodion, et iuuamenta eius sicut illius.

Hiera eufacaratis ⁊ est hip. medici conferens ad humiditatem stōi, ⁊ ad dolores capitis generatos ex vaporibus corruptis, ⁊ ex tristitia timere faciente. Cuius hec est permixtio. ℞.gentiane, ⁊ spice, et aristol'.rotunde, et cassie, ⁊ cinamomi omnium an̄. pondus.ʒ.i.petroselini, ⁊ camedreos, ⁊ sticados, ⁊ [a] ⌈fulfulimon ⁊ est oçimum montanū, ⁊ keiati⌋ omnium an̄.ʒ.i.myrrhe pondus.ʒ.iiij.granorū alben, ⁊ croci amborum an̄.ʒ.i.s.aloes ru.pondus.ʒ.viij. pulpe colloquintide pondus.ʒ.vi.conficiatur cum melle, ⁊ administretur post sex menses: dosis eius pondus.ʒ.iiij.

[a] A. fulfulmum ⁊ ozimum montanum ⁊ kie

Hiera alia Hip. que facit ad maniam, ⁊ alguesgues, ⁊ vertiginem in capite, ⁊ dolorē capitis vehementē, ⁊ spasmum, ⁊ scissurā manuū, et dolorem iūcturarū, ⁊ ad permixtionē rōnis, ⁊ corruptionē intellectus, ⁊ dilatationē pupille, ⁊ iceptionē q̄ i oculo, ⁊ ad leprā ⁊ albaras ⁊ ad palysiz, ⁊ torturā: Cui⁹ hec ē pmixtio.
℞.cucumeris asinini, ⁊ triuz piper̄, ⁊ camedreos omnium ana pondus aur̄.v.croci, ⁊ myrrhe, ⁊ scamonee omnium ana pondus.ʒ.ij.ammoniaci pondus.ʒ.i.mellis quantum sufficit: dosis eius medietas.℥.i.cum aqua calida.

Hiera andromachi que cōfert ad dolorē stōi, ⁊ ventris: cuius hec est pmixtio.
℞.cinamomi.⁊ cassie nigre, ⁊ calami aromatici, ⁊ xilobalsami, ⁊ floris squinanti omnium an̄.℥.iij.s. Tere medicinas, ⁊ proijce in vase figuli nouo, et funde super eas aque pluuialis danich.vi.⁊ decoque ad medietatē, ⁊ cola: deinde accipe aloes rubei lib.i.s.⁊ pone super ipsum aque pluuialis quātum sufficit, ⁊ tere in meridie, ⁊ ablue donec abstergat̄, ⁊ funde super ipsum [b] ⌈aquā spērum⌋ ⁊ tere in sole donec ericcetur: deinde tere, ⁊ proijce in ipso croci, ⁊ myrrhe, ⁊ [c] ⌈alkeiati⌋ omniū an̄.℥.iiij.⁊ in descriptione antiqua, omniū an̄.℥.i.deinde tere oia, ⁊ pone in vase vitri, aut vitreato, et vtere: est enim iuuatiua ad spasmum, ⁊ ad repercussionē que fit obuiando, ⁊ percussionem, ⁊ fracturā, ⁊ ad dolorē lateris, ⁊ aperit stomachum, ⁊ dolores eius ⁊ sputuz sanguinis, ⁊ dolorem ilij: dosis eius integra pōdus ʒ.i.cum aqua tepida, ⁊ omni homini s̄m quantitatem sue virtutis: ⁊ ad apostemata dura cum syrupo acetoso, ⁊ fit ex ea emplastrū ad apostema oculi cū succo mente, aut vue vulpis, et apostemata ani cuz oleo rosaceo, et vino bono, et confert ad vlcera que accidunt vnguibus, quando liquefit cum aceto vini, ⁊ ad adustionem oris gargariçata.

[b] A. species
[c] A. chie

Hiera andromachi faciens ad retentionē menstruorum, ⁊ ad lepram, ⁊ tumorem. Cuius hec est permixtio. ℞.sticados, ⁊ camedreos, et agarici, ⁊ hellebori nigri, et pipis nigri, ⁊ albi, ⁊ meçerion, ⁊ scamonee, ⁊ squille assate omnium an̄.pondus.ʒ.viij.croci, et euforbij, et ammoniaci omnium an̄.ʒ.viij.myrrhe.ʒ.iiij.iterioris cucumeris asinini.ʒ.iij. mellis lib.v.dosis eius pondus.ʒ.ij. cum melle et aqua et sale.

Hiera faneligoris faciens ad melācholiam, et mundificat velamina cerebri, ⁊ aufert chimos grossos, viscosos, terrestres: cuius hec est permixtio. ℞. prassij, et sticados, et hellebori nigri, et camepitheos, et camedreos, et petroselini, et polij, et aristolo. rotunde, ⁊ croci, et gentiane, et [d] ⌈keiati,⌋ et dragaganti, et folij, et assari, et ammomi, et costi, et cinnamomi, et fu, et meu, et piperis, ⁊ carpobalsami, ⁊ allei syluestris, et cassie, et ipericon, et floris squinanti, et spice oīum an̄.pondus.ʒ.ij.epithymi, et agarici, et polypodij, et pulpe collogntide oīum an̄.ʒ.iij. aloes scotrēsis.℥.vi. Tere, et confice, et antiqua sex mēsibus: dosis eius tertia.ʒ.i.cum aqua calida.

[d] A. chie

Hiera busitus conferens ad visum, et confortans eum, et sedat dolorem capitis assiduum, et cōfert ad dolores stōi et splenis, et epatis, et ad dolores melicos, et phlegmaticos, et ad vertiginē, et dolorem qui nominat̄ corona. Cuius hec est permixtio. ℞. camedreos pondus.℥.xij. agarici pōdus.℥.xvi.et in descriptione alia, agarici.℥.x.pulpe colloquintide.℥.ij. sticados, et piperis albi, et nigri omniū an̄.℥.xij.meu.℥. iij.croci.℥.xviij.hellebori nigri, et scamonee, et aloes scotrensis omnium an̄.℥.xvi. Tere, et cribella, ⁊ confice cum melle: dosis eius.ʒ.iiij.post sex men.et in descriptione alia, spice, et cassie ambor̄ an̄.℥.xij. bibatur cū infusione epithymi post abstinentiam.

Hiera catagini anthiocheni que confert ad spasmum, et dolorem capitis, antiquum, et ad timorem accidentem ex melancholia, et ad tremorem iuncturarum: cuius hec est permixtio. ℞.pulpe colloquintide pondus.ʒ.xx.camedreos, et prassij, et agarici omniuz an̄.ʒ.x.aristologie longe, et petroselini, et piperis albi, et serapini, et oppoponaci omnium an̄.ʒ.v.myrrhe, et spice et polij, et croci, et cinamomi omnium an̄.ʒ.iij. Infundantur humida cū melle, deinde decoq̄ntur super ignē parūper, et terātur sicca, et p̄ijciant̄ super ea, et misceatur, et administret̄ post sex menses.

Descriptio alia hiere que addit in visu, et cōfortat ipsum, et confert ad dolorē capitis, et [e] † ⌈passiones⌋ stomachi et epatis, et splenis. Cuius hec est cōmixtio. ℞.pulpe colloquintide.ʒ.x.camedreos, et cassie, et trium piper̄ omnium an̄.ʒ.ij.aloes, et myrrhe, et turis masculi, et croci omnium an̄.ʒ.i.scamonee.ʒ.vi.succi apsinthij pondus.ʒ.ij.mellis quantum sufficit: dosis pōdus.ʒ.iiij.cum aqua calida.

[e] † A. pcussionē capitis ⁊ egritudines

Hiera nostra experta. ℞.hellebori pondus.ʒ.i.pulpe colloquintide aur̄.i. et aloes aur̄.ij. et salis indi.ʒ.i.et tertiam, et agarici pondus aur̄.il. et lapidis armeni aur̄.s. et rosarum pondus.ʒ.i. et piperis albi pōdus aur̄.i.et çinciberis pōdus aur̄. ij.et acori, et ammomi, et assari, et carpobalsami, et albasce, et origani, et seminis apij, et dauci et est semen baucie omniuz an̄.ʒ.iij.et buglosse pondus.ʒ. x.seminis alsahesebrā, et se.alfelengemisch, et seminis [f] ⌈oçimi citrati⌋ ⁊ seminis citri, et mente sicce omnium an̄.ʒ.ij.et epithymi pondus.ʒ.ij.s. ɔficiā/

[f] A. melisse

tur oia cum duplo sui mellis, ⁊ reponatur sex mensibus, deinde administretur:

¶ Tractatus tertius de electuarijs solutiuis, ⁊ non solutiuis.

POs dicere volum⁹ in hac summa de electuarijs famosis: ⁊ q̃ sunt similia vniuersalibus. Illoꝝ vo quorum iuuamenta sunt particularia, digniora loca dicendi sunt in summa secunda.

Electuarium dyaciminũ

faciẽs ad dolores viscerũ quos generauit frigiditas, ⁊ ad egritudinem phlegmatis senũ, ⁊ ꝯfortat stõm, ⁊ digerit cibũ, ⁊ aufert appetituz caninum, ⁊ eructuationem acetosam. Et sit dosis magnitudo galle cũ aqua calida. Et ꝯfert iterum ad febres frigidas melãcholicas, ⁊ phlegmaticas. Cuius hec est ꝑmixtio. ℞. cimini carmeni infusi in aceto vini die ⁊ nocte, exiccati torrefacti, ⁊ folioꝝ rute exiccatoꝝ in vmbra, ⁊ piperis, ⁊ çinçiberis oium añ. sextaria. v. baurach armeni pondus. ʒ. x. Aggrega has medicinas, tritas, cribellatas: ⁊ confice cum melle dispumato, et reponatur in vase, et administretur.

Diaciminum Gal.

quod facit ad vẽtositates fridas, ⁊ sacietatẽ nauseatiuã, ⁊ resoluit ventositates, ⁊ cõfert ei qui non digerit cibuz: cuius hec est ꝑmixtio.

℞. baurach medietatem partis cymini carmeni infusi in aceto torrefacti, piperis albi, ⁊ piperis longi, foliorũ rute omniũ ana partẽ vnã. Et hoc qdem fit ꝑm duas descriptiones: qñq3 eniz fit ex partibus equalibus in oibus suis cõmixtionibus. s. cymini, piperis ⁊ rute, ⁊ baurach: ⁊ iste modus resoluit naturam valde. Et qñq3 permiscetur de spẽbus reliqs quãtitas eq̃lis, ⁊ de baurach medietas huius quãtitatis. Et eligitur de cymino, carmenũ: ⁊ infundit̃ in aceto forti, deinde torrefit. Et sit piper albuz, ⁊ illud ideo, qm̃ ipsum confortat stõm plusq̃3 due alie spẽs. s. piper longum, ⁊ piper nigruz: ⁊ hoc est illud quod nõ est paruum, neq3 ꝯtractũ, ⁊ neq3 est cortex eius grossus: imo est ex illo qδ dicit̃ grauis ponderis: ⁊ eligatur de eo magnuz, ⁊ sanum: ⁊ baurach. Fiat ergo medicina ad illũ cuius natura retinet̃ cũ baurach dicto nitrũ naurnacon, ⁊ est rubeũ. Et qñ feceris ipsam ad illum cuius nã est soluta, administrabis baurach aliud. Et sit illud qδ de eo ꝓijcies medietas quantitatis vniuscuiusq3 medicinaruz q̃s diximus. Et folia rute iterum. Sint ergo sicca cum mẽsura: ⁊ illud ideo, qm̃ si exiccentur vehemẽter cũ sint calide complexionis, est calefactio eorum vltra mensurã: ⁊ si non exiccantur vehemẽter, remanet in eis humiditas superflua, que nõ cõsequitur vltimationez digõnis, quapropter nõ destruitur eius inflatio in aliquo. Et iste quatuor species qñq3 permiscẽtur cum melle dispumato: ⁊ qñq3 non permiscentur cum aliquo, ⁊ reseruãtur per se absq3 melle. Quz ergo ipse sunt necessarie proijciũtur in aqua ordei, aut in cibo alio conueniente. Et hec medicina sumitur sola ante cibum, ⁊ post cibuz. Et illa que permiscetur cum melle dispumato est magis conueniens in hac dispõne: ⁊ illud ideo, qm̃ ipsa destruit inflammationem oino. Et opz iterum vt sit mel bonũ, quz non sit necessarium vt sit hec medicina nisi fortis in resoluendo vẽtositatem, ⁊ euacuet cum fortitudine. Et opz vt scias iterum, ꝙ quãdo vis vt sit eius euacuatio plus, sit cõtritio medicinarũ nõ subtilis, sed grossa: ⁊ illud ideo, qm̃ scio hominem qui cõtriuit hanc medicinã contritione vltima, qm̃ non sciuit illud qδ ego dixi, quare non resoluit naturã oino, immo prouocauit fortiter, ⁊ venit ad nos mirãs, ⁊ querens de causa in hoc, ⁊ illud ideo, qm̃ ipse existimabat ꝙ in corpore illius viri esset proprietas que eẽt causa in hoc quod accidit. Postquã ergo feci scire eum, ꝙ cã in illo esset dispositio cõpositionis eius, tunc composuit eam secũdo sicut precepi ei, ⁊ cõpleta est eius operatio. Et opz vt seruetur hic determinatio in cõpositione reliquarum medicinarum.

Electuariũ ad subulitis.

⁊ ẽ aggregationis quod est cõueniens ad frigiditatez stomachi vehementis frigoris, ⁊ eructuationem acetosam, et appetitum caninum, ⁊ singultum qui fit ex repletione chimorũ grossorũ, ⁊ phlegmaticoꝝ: ⁊ febres antiquas que sunt propter frigus, ⁊ malitiã digõnis. Cuius permixtio hec est. ℞. cymini infusi in aceto exiccati sextaria. xv. piperis, ⁊ çinçiberis, ⁊ rute sicce, ⁊ baurach omniũ añ. ʒ. xx. Terantur, ⁊ conficiantur cum melle dispumato, ⁊ administretur.

Electuariũ de calamẽto fluuiali

descriptione Gal. ℞. calamẽti fluuialis, ⁊ cãpestris, ⁊ petroselini omniũ añ. ʒ. xij. çiçiberis aur̃. vi. se. apij, ⁊ capitum albasce amboruz añ. aur̃. iiij. keisim aur̃. xvi. piperis aur̃. xlviij. siseleos aur̃. v. Tere, ⁊ confice cum melle dispumato.

Electuarium de myrto

cõferẽs ad solutionem nature, ⁊ vomitũ phl'atis, ⁊ humiditatis, ⁊ malitiã digõnis que est ex stõ. Cuius permixtio hec est. ℞. granoꝝ myrti bonoꝝ siccoꝝ eminã. i. myrobalanorum nigroꝝ, ⁊ belliricoꝝ, ⁊ emblicorũ, et talassir oium añ. ʒ. xx. leucopipis ⁊ macropiperis, ⁊ çinçiberis oium añ. ʒ. x. masticis, ⁊ cordumeni, et carui, ⁊ anisi, ⁊ cymini, ⁊ spice, ⁊ cassie, ⁊ cardamomi, et costi omnium ana. ʒ. vi. nucis muschate, et seminis apij, et ameos omnium ana. ʒ. v. folij indi, et amomi amborum añ. ʒ. iiij. Tere, et confice cũ melle dispumato, et dosis sit. ʒ. i.

Electuariũ sicut alcanzi

est bonũ. Cuius hec est ꝑmixtio. ℞. granoruz myrti keiliati. ʒ. s. spice. ℥. iij. nucis muschate cũ cortice suo lib. s. gariofilorum, ⁊ cardamomi, ⁊ anisi torrefacti, ⁊ seminis apij torrefacti, et vsnee omnium ana. ℥. ij. macis ℥. i. s. cassie. ℥. iiij. myrobalanoꝝ kebulorum, ⁊ belliricorum, ⁊ emblicorũ omnium añ ℥. iij. macis. ʒ. i. s. bulliant medicine cũ vino odorifero feruore vno, deinde exiccentur, ⁊ bulliant ebullitione cuz aqua cydoniorum, ⁊ exiccentur super frixoriuz calidiuz, ⁊ terantur, et inuoluantur miua. Et sit dosis aur̃. iij. aut. ʒ. iij. cum syrupo cydoniorum.

Electuariuz almutaguachil

relatum salamoni, qδ confortat stomachũ, ⁊ cõfert ad malitiã digõnis. Et est illud quod in potu dabat israhelita mutaguachil, qm̃ est bonum ⁊ expertuz. Cuius hec est permixtio. ℞. spice, et gariofilorũ, ⁊ cinamomi, ⁊ nucis muschate, ⁊ cardamomi, ⁊ galie bone oium añ. aur̃. i. piperis albi, ⁊ çinçiberis, ⁊ castorei omniũ añ. ʒ. ij. thuris albi masculi aur̃. iiij. çuccari tabarçet quantum sunt medicine: cõmisceãtur medicine cum çuccaro, ⁊ conficiantur cum melle dispumato: ⁊ sit dosis eius aur̃. iij.

Diacyminū aliud conferēs

ad dolores ventris cōmotos a frigiditate, ⁊ ad febrez quartanā, ⁊ ad appetitū caninū, ⁊ febres phlegmaticas, ⁊ melācolicas, ⁊ ad phlegma plurimuz qđ accidit senibus, ⁊ ad vehemētiā frigoris qđ accidit in stomacho, ⁊ ad eructuationē acetosaz, ⁊ ad sputū qđ fit ex multitudine superfluitatū phlegmaticarum. Cuius dosis sit sicut galla cū aqua calida. Cuius permixtio. ℞.cymini infusi in aceto die et nocte torrefacti, ⁊ rute sicce, ⁊ çinçiberis, ⁊ piperis omniū ana sextaria decem, ⁊ baurach armeni.ʒ.x. conficiatur cum melle dispumato.

Electuariuz diacyminū alid

℞.cymini recētis boni.℥.vij.infundat̃ in aceto vini die ⁊ nocte deinde extrahat̃ ⁊ proijciat̃ super corium rubeuz, ⁊ moueatur, ⁊ qñ exiccatur, torrefiat torrefactōe leui cū igne, ⁊ pipis.℥.iij.çiçi.fini.ʒ.iiij. baurach armeni.ʒ.ij.cōmisceat̃, ⁊ ꝯficiat̃ cū melle.

Diapipereon

faciēs ad frigora, ⁊ humorem crudū, ⁊ dolorē stomachi, ⁊ malitiā digōnis, ⁊ vētositates grossas, ⁊ eructuationem acetosam, ⁊ appetituz caninum. Cuius permixtio est. Ut sumātur leucopiperis, ⁊ melanopiperis, ⁊ macropiperis omniū aā.℥.iij. Et in descriptione alia.℥.ij.⁊ xilobalsami.℥.i. ⁊ amomi, et spice amborum aā.ʒ.iiij.⁊ çinçiberis, ⁊ se.apij, ⁊ siseleos, ⁊ cassie, ⁊ assari, ⁊ enule oiuz aā.ʒ.i. Tere, et cribella, ⁊ confice cuz melle dispumato: Dosis eius pondus.ʒ.iij.cum aqua tepida in ieiunio.

Electuarium alfendedicon

valens ad dolorez stomachi, ⁊ epatis frigidi, ⁊ debilis gñantis ventositates grossas. Cuius permixtio. ℞.çinçiberis, ⁊ pipis, ⁊ spice odorifere oium aā.ʒ.vi.masticis, ⁊ ameos amboruz aā.pondus.ʒ.iiij.se.apij, ⁊ meu, ⁊ fu oium aā.ʒ.v.cymini carmeni, ⁊ cassie, ⁊ carpobalsami, ⁊ piretri oium aā.pondus.ʒ.ij.folij indi pōdus.ʒ.i. Aggrega has medicinas tritas, ⁊ cribellatas, ⁊ ꝯfice cū melle dispumato, ⁊ repone in vase, ⁊ vtere qum necesse fuerit.

Electuarium alcanzi

faciens ad solutionem ventris, ⁊ ad malitiā digōnis, ⁊ debilitatē stōi, ⁊ frigus eius. Cuius hec est permixtio. Sumātur costi, ⁊ cynami, ⁊ spice odorifere, ⁊ carpobalsami, ⁊ cassie oium aā.ʒ.x.nucis muschate.v. numero, cardamomi, ⁊ gariofiloꝝ, ⁊ anisi, ⁊ meliloti, ⁊ [a] ⌈cassie ide⌋ oium aā.pondus.ʒ.iiij. [b] † ⌈ ⌋aristologie, ⁊ vsnee amboruz aā.ʒ.ij.ciperi, ⁊ çinçiberis amboꝝ aā.pōdus sextarioruz.x.calami aromatici, ⁊ piperis, ⁊ macropiperis oium aā.pōdus.ʒ.v.myrobalanoꝝ nigroꝝ enucleatoruz sextaria.ij.bellirici enucleati.x.numero, granorū myrti kaficius semis bonoꝝ seburi. Aggrega has medicinas tritas, ⁊ cribellatas, ⁊ confice cum melle de arundinibus çuccari, ⁊ repone in vase, ⁊ vtere quz necesse fuerit post duos menses.

[a] A.sythragi indi

[b] † A.macis.ʒ.iij.brengi.ʒ.viij.nagaset.ʒ.iiij.

Descriptio electuarij alcanzi

alia conferens ad debilitatem epatis, ⁊ stomachi, ⁊ frigus amborum, ⁊ ad solutionem ventris, ⁊ malitiam digestionis, ⁊ confert illis super quos timet̃ aq̃ citrina, ⁊ est bonū, spleni ꝓuocans vrinam. Cuius hec est permixtio. ℞.costi, ⁊ cinami, ⁊ spice, ⁊ carpobalsami, ⁊ cassie omnium aā.ʒ.x.⁊ de nucibus muschatis nuces.v. ⁊ cardamomi, ⁊ gariofil ⁊ anisi, ⁊ meliloti, ⁊ [c] ⌈cassie⌋ ⁊ neremisch omniuz ana.℥.iiij.macis pondus.ʒ.iij.⁊ burungi kebuli.ʒ.viij.⁊ reusini, ⁊ aristologie lōge, ⁊ vsnee oium ana pōdus.ʒ.v.myrobalanoꝝ, nigroꝝ, ⁊ kebuloꝝ aā. sextaria.ij.⁊ de belliricis bellirici.x.⁊ granoꝝ myrti quantū est pōdus medicinarum omniū. Terant̃ sicut alcohol, ⁊ cōficiantur cum melle tabarçet: Dosis eius sicut galla cum aqua frigida. Et in descriptione alia, çinçiberis sextaria decem.

[c] A.sythragi

Electuarium alkesin dictuz

electuarium ambre. Et hoc electuario vsi fuerūt reges grecie. Et hoc confert ad egritudines frigoris, ⁊ proprie renum, ⁊ addit in desiderio coitus, ⁊ valet ad paralisim, ⁊ torturā, ⁊ tremorē, ⁊ pulsum cordis, ⁊ addit in recordatione ⁊ sensu, ⁊ exiccat humiditatem stomachi, ⁊ facit digōnem esse bonam, ⁊ est ex eis que conueniunt senibus. Cuius permixtio hec est. ℞.cardamomi maioris, et minoris, ⁊ macis, omnium ana pondus.ʒ.iiij. çinçiberis, ⁊ macropiperis amborum ana sextaria.ij.cinnamomi.ʒ.iiij.vsnee pondus.ʒ.ij.cinami pōdus.ʒ.i.gariofilorum, ⁊ croci omniū aā.pōdus.ʒ.x.nucis muschate pōdus.ʒ.v. Et in qbusdam descriptionibus nuces.v.spice odorifere, ⁊ masticis, ⁊ ambre oium ana poudus.ʒ.ij.muschi pondus.ʒ.i.seminis biusquiami albi, ⁊ opij amborum ana pondus.ʒ.i.olei balsami pondus.ʒ.vi. Aggrega has medicinas tritas, ⁊ cribellatas, ⁊ infunde opium in mensura sacraiati.i.de vino bono, ⁊ confice cuz melle dispumato, ⁊ vtere post sex menses, et liquefac ambram cuz oleo balsami, et adhibeatur de oleo alben quantitas qua omnia inuoluantur.

Electuarium alscehereben

conferēs ad frigus epatis, ⁊ stōi, ⁊ aquā citrinā, et cholam nigrā: et est soluēs ventrē. Cuius hec est ꝑmixtio. Sumātur [d] ⌈cassie inde⌋ ⁊ çinçiberis, et piperis, et cinami, et cardamomi minoris, et gariofilorū, et piretri, et folij indi, ⁊ amili de tritico, ⁊ masticis, et cardamomi maioris, ⁊ cinnamo, ⁊ spice, ⁊ cassie, ⁊ se.apij, ⁊ aneti, ⁊ ameos et se.fenicu, ⁊ anisi oium aā.ʒ.vi.epithymi cretensis, ⁊ turbit amborū ana.ʒ.xij.scamonee.ʒ.x.çuccari tabarçet pōdus.ʒ.xx. Aggrega has medicinas tritas, et cicotrigoniçatas, et confice cum melle tabarçet dispumato, et vtere qum necesse fuerit.

[d] A.sythragi indi

Electuarium diaphinicon

est electuariū proprij iuuamenti in colica, resoluēs eam, et confert ad humorem crudū, ⁊ frigora, ⁊ ad difficultatē vrine. Cuius hec est ꝑmixtio. Sumatur baurach armeni, cymini carmeni, et petroselini et çinçiberis, et piperis albi oium ana pondus.ʒ.xxij.scamonee pōdus.ʒ.v.dactiloruz heyron mundatorum ex nucleis, et amigdalarū excorticataruz ex duabus corticibus, et foliorum rute oium aā.pōdus.ʒ.x. Aggregas has medicinas oēs tritas, et cicotrigoniçatas, et īfunde dactilos in aceto vini die et nocte, et tere bene, et permisce cū medicinis, et cōfice cū melle dispumato, et vtere qū necesse fuerit.

Diaphinicon aliud

℞.dactiloruz heyron ablatis nucleis.c.numero, et infunde eos in aceto die et nocte, et confrica manibus, et cola, et rute sicce, et çinçiberis amborum ana.ʒ.xiij.et piperis albi.xiij.numero, et baurach armeni pondus.ʒ.v.et de amigdalis excorticatis ex duobus corticibus.cl.nume/

ro, et ſcamonee pondus.ʒ.xv. et turbit pondus.ʒ.
xx. Tere, ⁊ cribella, ⁊ cōmiſce cum melle.

Diaphinicon aliud
quod cōfert ad febres, ⁊ alia, ⁊
potatur in eſtate ⁊ hyeme, ⁊ ſoluit ſine inquietudi/
ne. Cuius hec eſt permixtio. ℞. çinçiberis, ⁊ pipe
ris albi amborum ana.℥.i.ſcamonee.℥.ij.ſ.tamari/
di heyron mundatorum ex nucleis aut ſiren, ⁊ ami
gdalarum dulciū excorticatarum a duobus cortici
bus, ⁊ foliorum rute omniuʒ aā.℥.iiij. Tere medici
nas ſm ſingularitatem ſuam, ⁊ infunde dactilos in
aceto vini, ⁊ terantur per ſe, ⁊ colent᷑, ⁊ terant᷑ ami/
gdale iterū per ſe, ⁊ miſceantur omnia poſt illud, ⁊
ꝯficiantur cum melle diſpumato: ⁊ ſit doſis.ʒ.ij.

Electuarium cabroſius mu
ſchatum faciens ad vētoſitates, ⁊ hemorroidas, et
humorē crudum, ⁊ cōfortat ſtōm, ⁊ adiuuat ad deſi
derium coitus, ⁊ clarificat colorem, ⁊ calefacit re/
nes, ⁊ cōfert ad ventoſitates mr̄icis, ⁊ fluxū [a] †⌈
⌋ qui fit ex hemorroidibus. Cuius hec eſt ꝑ/
mixtio. ℞. myrobalanorū citrinoꝝ, myrobal᷑. ke
bulorum ⁊ [b] ⌈ caſſie ⌋ ⁊ ſeminiſ apij oīum ana.ʒ.vi.
belliricoꝝ, ⁊ emblicoꝝ, ⁊ ameos, ⁊ tuderi rubei, et
albi, ⁊ macropiperis, ⁊ ſiſami excorticati omnium
ana pondus.ʒ.iiij. cinami, ⁊ ſpice, et nucis muſcha
te, ⁊ çinçiberis, ⁊ [c] ⌈ alfulfulimon ⌋ omnium ana.ʒ.
viij. girbue, ⁊ coſti, ⁊ caſſie, ⁊ gariofiloꝝ, ⁊ maciſ, ⁊
galange, ⁊ neremiſch oīum aā.ʒ.vi. ciperi pondus
ʒ.x. ⁊ muſchi pondus aur̄.ij. ⁊ ambre aur̄.i. ⁊ ſcorie
ferri nutrite quātum eſt pōdus medicinarū oīum, ⁊
butyri ſextaria.x. Conficiatur cum melle diſpuma/
to. Et ſit doſis pondus.ʒ.ij. cum lacte vaccino con/
cuſſo, ſublato butyro, aut cū vino paſſo bono dua/
bus hebdomadis.

a †A. ſanguinis

b A. ſythragi

c A. alfulfulmun

Electuarium de ture.
℞. turis pōdus.ʒ.lx.
piperis, ⁊ macropiperis amborum aā.ʒ.x. çuccari
ʒ.lx. çinçiberis, et galange amborū ana.ʒ.xij nucis
muſchate, ⁊ gariofil᷑. ⁊ [d] ⌈ girbue ⌋ omnium ana.ʒ.
v. muſchi boni.ʒ.ſ. Teratur vnumquodqʒ eoꝝ per
ſe, ⁊ cribelletur, ⁊ conficiantur cum melle.

d A. cardamo/
mi minoris

Electuarium altaliſafar
faciens ad fri/
gus ſtōi, ⁊ vētoſitates groſſas in ſtō, ⁊ epate: Cuiuſ
permixtio. ℞. taliſafar pōdus.ʒ.v. çinçiberis pō
dus.ʒ.xx. piperis pondus.ʒ.xij. heil, ⁊ cinami am/
borum aā. pōdus.ʒ.vij. çuccari tabarçet lib.v. Ag
grega has medicinas tritas, ⁊ cribellatas, ⁊ repo/
ne in vaſe, et vtere.

Electuarium epiſcopi.
℞. ſca/
monee an
tiochene, ⁊ turbit cōcaui albi amboꝝ ana aur̄. v. pi
peris, ⁊ cardamomi amboꝝ aā. aur̄. iij. çinçiberis,
⁊ cinamomi, ⁊ emblicorū, ⁊ gariofil᷑. ⁊ polipodij, ⁊
nucis muſchate oīum aā. aur̄. ij.ſ. Et in deſcriptiōe
alia, ſcamonee, ⁊ turbit amboꝝ aā. aur̄. iij. Tere, ⁊
cicotrigoniça, ⁊ pijce ſuper ea lib.i. çuccari cōtriti,
⁊ cōfice cum melle. Cuius doſis integra ſit aur̄. iiij.

Trifera de ſcoria ferri ma/
gna faciēs ad vētoſitates hemorroidarū, ⁊ mollifi/
cationem veſice, ⁊ ſtōi, ⁊ addit in deſiderio coituſ, ⁊
calefacit ſtōm. Cuius hec eſt ꝑmixtio. Sumantur
myrobalanoꝝ nigroꝝ, ⁊ belliricoꝝ, ⁊ ſciremblegi
ablatis nucleis, ⁊ [e] ⌈ caſſie ide ⌋ ⁊ ſe. apij, ⁊ ameos,
⁊ origani perſici omnium aā.℥.i. ſpice odorifere, et
amomi, ⁊ heil, ⁊ acori oīum aā.℥.iij. cinamomi pō/
dus.ʒ.iiij. piperis, ⁊ macropiperiſ, ⁊ piretri, ⁊ ſaliſ
indi oīum aā.℥.ſ. ſinapis.℥.i.ſ. ſalis ammoniaci pō
dus.ʒ.ſ. ſcorie ferri pōdus.ʒ.iij. Aggrega has me/
dicinas tritas, ⁊ cicotrigoniçatas: ⁊ cōfice cū melle
diſpumato, ⁊ butyro vaccino q̄ʒtū ſufficit, ⁊ vtere.

e A. ſythragi idi

Trifera minor
faciens ad mollificatio
nem ſtomachi, ⁊ humi/
ditatem eius, ⁊ vētoſitates hemorroidarū, ⁊ colorē
efficit bonum. Cuius hec eſt permixtio. Suman
tur myrobalanorum kebulorum, ⁊ ſciremblegi, et
belliricorum ablatis nucleis omniū partes equa/
les, inuolue cum butyro vaccino, et confice cū mel/
le diſpumato, et repone in vaſe, ⁊ vtere.

Electuarium anacardinum
conueniens ad dolorem ſtomachi antiqū, ⁊ friguſ,
⁊ obliuionem, et facit bonum eſſe colorem, ⁊ ſubti/
liat cogitationem, ⁊ ſenſum, ⁊ eſt electuariū ſapien/
tum: ⁊ dicitur ꝙ eſt ſalamonis. Cuius hec eſt ꝑmix
tio. ℞. piperis, ⁊ macropiperis, myrobalanorū
nigrorum, ⁊ belliricorum, et emblicorum, ⁊ caſto/
rei oīum aā.ʒ.iiij. coſti, ⁊ anacardi, ⁊ burūgi, ⁊ çuc
cari tabarçet, ⁊ baccarum lauri omniū aā.ʒ.xij. ci/
peri.ʒ.viij. Tere anacardos ſolos bene, ⁊ tere me/
dicinas, ⁊ cribella, ⁊ bulli butyrum vaccinū, ⁊ mel
cū equalitate, et proijce ſuper ea medicinas, ⁊ coa/
gula, et vtere poſt ſex menſes. Doſis eius.ʒ.ij. cum
aqua decoctioniſ apij, ⁊ feniculi. Et ſeruet ſe a labo
re, ⁊ anguſtia, ⁊ ira, ⁊ vino plurimo, et coitu, et co/
medat ius iſſidabegi ſubtile.

Electuarium alfangius
quod ē innati/
uum ad mollificationē ſtomachi, ⁊ vētoſitates he/
morroidarum, ⁊ corruptionē cōplexionis, ⁊ fedita
tem coloris, ⁊ addit in coitu. Cuius hec eſt permix
tio. ℞. myrobalanorū belliricorum, ⁊ ſcirem ble/
gi ablatis nucleis, ⁊ piperis, ⁊ macropiperis, ⁊ çin
çiberis, ⁊ ciperi [f] ⌈ caſſie inde ⌋ ⁊ ſpice omnium aā.
ʒ.x. ſeminis aneti, ⁊ ſe. porri amborum aā. pondus
ʒ.iiij. ſcorie ferri trite infuſe in aceto vini. xiiij. die/
bus, exiccate, torrefacte.ʒ.c. Aggrega has medici/
nas tritas, ⁊ cicotrigoniçatas, ⁊ confice cū melle di
ſpumato, ⁊ butyro vaccino quātū neċe ē, ⁊ repone
in vaſe, ⁊ vtere poſt ſex mēſes. Et ſit doſis eius pon
dus.ʒ.ij. ⁊ ponantur in eo iterum de muſcho.ʒ.ij.

f A. ſythragi idi

Fangius aliud cuʒ muſcho
etiam qd̄ cōfortat ſtomachū, ⁊ calefacit ipſum, ⁊ cō
fert ad hemorroidas, ⁊ addit in coitu, et eſt exꝑtuʒ.
Cuiuſ hec eſt permixtio. ℞. myrobalanoꝝ kebu
lorum, ⁊ belliricorum, ⁊ emblicoꝝ, ⁊ piperis, ⁊ ma
cropiperis, ⁊ çinçi. ⁊ cymini, ⁊ ſe. aneti, ⁊ ſe. apij, ⁊
ſeis porri, ⁊ ſe. eruce, ⁊ ſe. [g] ⌈ napi ⌋ ⁊ ſemi. baucie, ⁊
aſſeniati, ⁊ roſarū rubearū, ⁊ caſſie, ⁊ ciperi, ⁊ cina/
momi, ⁊ gariofilorum, ⁊ nucis muſchate omnium
ana.ʒ.i. macis, ⁊ heil, ⁊ cardamomi, ⁊ galie, ⁊ xilo/
aloes crudi, ⁊ muſchi omnium ana.ʒ.ij. granorum
naſturtij albi.℥.iij. ſcorie ferri quantuʒ ſunt medici/
ne: teratur, ⁊ conficiatur cum melle diſpumato.

g A. rape

Fangius aliud.
℞. [h] ⌈ caſſie inde, et
çarub, et taliſafar ⌋ et
heil, ⁊ myrobalanorum nigrorum, ⁊ belliricoruʒ,
⁊ myrobalanorum citrinorum, ⁊ gariofilorum, et
carpobalſami, ⁊ granorum almahaleb omniū aā.
aur̄. vi. mente, ⁊ [i] ⌈ feleniati ⌋ ⌈ çedoarie, ⁊ doronici
et piperis longi, et emblicorum omnium ana aur̄.
iiij. cinamomi, ⁊ cynami, ⁊ ſpice, ⁊ nucis muſcha/
te, ⁊ coſti, ⁊ çinçiberis, et fulfulimon omnium ana

h A. ſytbragi idi
⁊ ʒarueb ⁊ thali/
ſefar

i A. alfelangie

auř.viij.cipi auř.x.çuca.auř.xvi.scorie ferri [a] [emi nam.i.] muschi.ʒ.s.ꝯficiatur cū melle dispumato.

Ars scorie decocte

que cōfert ad frigora, ⁊ dolorem dorsi. ⁊ corruptionem menstruorū, ⁊ hemorroidarum, ⁊ clarificat colorem, ⁊ facit appetere cibum, ⁊ destruit humorem crudum, ⁊ infrigidationes, ⁊ cōfortat stomachū, ⁊ matrices, ⁊ vesicam. Cuius hec est permixtio. ℞.seminis apij, ⁊ seminis feniculi, ⁊ anisi, ⁊ petroselini, ⁊ dauci, ⁊ seminis baucie, ⁊ seminis porri, et seminis cepe, et seminis [b] [napi,] et seminis raphani, ⁊ seminis [c] [alratab] ⁊ ameos, ⁊ seminis vrtice, et granorum viridium, ⁊ aniudem, ⁊ seminis aneti, ⁊ piperis, ⁊ seminis lini, ⁊ cymini, ⁊ coriandri omnium ana pondus.ʒ.iij.et çedoarie, ⁊ doronici, et been albi, et rubei, et tuderi rubei, et albi, et nucis muschate, et macis, ⁊ cinnamomi, et galange, et çinçiberis, et piperis, et ciperi, et spice, ⁊ sisimbrij omnium ana.ʒ.iiij. et myrobalanorum belliricorum, et emblicorum, et [d] [gest] glandium ⁊ corticum radicis capparis omnium ana.ʒ.decē [e] [cassie] ⁊ vsnee, et assari, ⁊ blacte biçantie, ⁊ calami aromatici, et lingue auis, et neremisk persici, [f] † [ ] et cardamomi, et [g] [girboe] ⁊ sandali ⁊ cinami et nucis muschate omnium ana.ʒ.v. ⁊ nucis enden, ⁊ nasturtij et [h] [keiati] et rosarum siccarum, ⁊ marmacor, et corticum turis, ⁊ mente, ⁊ calamenti omniū ana.ʒ.vij.et scorie alhassari calefacte ⁊ extincte in vino odorifero multotiens ſm mensuram medicinarum omnium: Decoquatur cū vino pōtico, donec ingrossetur, et auferat̃ ab igne, ⁊ coletur. Et detur de eo in potu quantitas.ʒ.i.in ieiunio dum est tepidum, et comedat post mediū diē issidabegiati cum carne caprina, ⁊ bibat vinū purꝫ: hebdomada vna, aut duabus hebdomadis.

a A.auř.th.
b A.rape
c A.alrathbe
d A.giet
e A.sythragi
f † A.zcluuint
g A.chayrbus
h A.kie

Descriptio alia de scoria ferri

conueniens ad frigus stomachi, ⁊ hemorroidas. Cuius permixtio. ℞.myrobalanorum kebuloꝝ, et belliricorum, et emblicorum, et radicum lilij, et çinçiberis, et xiloaloes crudi, ⁊ nucis muschate, et galie, et rosarū, ⁊ spice, ⁊ squinanti, ⁊ masticis omnium ana.ʒ.x.muschi.ʒ.i.limature acuum infuse in vino odorifero septem diebus, ⁊ sumatur, ⁊ terat̃, ⁊ torrefiat super frixorium ferri, et misceatur cū medicinis, et inuoluatur oleo de amigdalis dulcibus, et conficiatur cuꝫ melle dispumato, Cuius dosis sit aureorum duorum cum vino odorifero.

Descriptio alia de scoria ferri

cōueniens ad debilitatē stomachi calidi. Que ℞.myrobalanorum kebulorum, et belliricorum, et emblicorum. et radicum lilij, et rosarum rubearuꝫ. ⁊ squinanti omnium ana.ʒ.x.scorie ferri quantum omnes medicine. Infundatur scoria septem diebus in aceto, et coletur ab eo, ⁊ frigatur super frixoriuꝫ, et conficiatur cuꝫ melle tabarçet. Et sit dosis.ij.ʒ.s. cum syrupo de malis.

Scoria ferri decocta

conueniēs ad debilitatē stomachi, et caliditatem complexionis. Cuius cōmixtio hec est. ℞.scorie ferri de bassari, et myrobalanorum nigroꝝ, ⁊ belliricoꝝ, ⁊ emblicoꝝ, ⁊ rosaruꝫ ⁊ balaustiarū, ⁊ squināti omnium partes equales: bulliant cum vino, et dentur in potu de eo.℥.iij.

Electuarium diacytoniten

retinens naturam ex solutione ventris ⁊ debilitate stomachi, et vomitu, et malitia digestionis, et facit colorem esse bonum. Cuius hec est ꝑmixtio. Sumantur cydoniorum excorticatorum mundatis interioribus, ⁊ mellis dispumati amboꝝ añ.lib.ij.piperis, ⁊ macropiperis, ⁊ çinçiberis omnium añ.ʒ.v.heil pondus.ʒ.viij.cardamomi, et gariofilorū, et spice odorifere, ⁊ cinamomi, ⁊ croci omniuꝫ añ.pōdus.ʒ.ij. Aggrega has medicinas tritas, et cribellatas: ⁊ sume cydonia, ⁊ decoque cū aceto vini boni: Et de medicis sunt quidā qui decoqunt ea cū vino: ⁊ ipsuꝫ est radix: deinde remoue ab igne, ⁊ cola ⁊ dimitte donec currat ab eis aquositas humiditatis, ⁊ tere bene, ⁊ sume mel, et cōmisce cū eis, ⁊ decoque cum igne leui, ⁊ moue paulatiꝫ donec fere coaguletur, ⁊ cōmoue donec equent̃, ⁊ destruat̃ aquositas cydoniorum ab eis: deinde remoue ab igne, ⁊ pulueriça sup̱ ea medicinas, ⁊ concute donec equētur: ⁊ proijce super tabulam marmoris, aut mēsam planam inunctam oleo rosaceo, aut oleo sisamino, et dilata super eā dilatatione equali, et dimitte duobus diebus, aut tribus, donec exiccetur, et induretur: ⁊ incide cū cultello in frusta quadrata, et sit frustum pondus auř.iiij.et ponatur gradatiꝫ in folijs citri, et ligetur, et reponatur, et administretur qum necesse fuerit. Et de medicis sunt quidam qui ponunt in ipso pondus.ʒ.ij.muschi.

Electuarium diacytoniten

solutiuum ventris quod confert ad colicam, et exiccat superfluitates corporis. ℞.cydoniorum excorticatorum mundatis interioribus lib.i. ⁊ mellis dispumati lib.ij.çinçiberis, et macropiperis amboꝝ ana.ʒ.iiij.cinamomi pondus.ʒ.iij.heil, et cardamomi, et croci omnium ana.ʒ.iij. masticis pondus.ʒ.v.scamonee pondus.ʒ.x.turbit albi boni pondus ʒ.xxx. Aggrega has medicinas tritas, ⁊ cribellatas, et decoque cydonia cum vino, ⁊ fac de eo sicut factum est de diacytoniten retentiuo: ⁊ preparetur sicut est illius ꝑparatio, et reponat̃ in vase, ⁊ administret̃. cuius dosis sit auř.iiij.cū aqua calida.

Descriptio alia diacytonitē

laxatiui. Sumatur cydonium boni odoris, ⁊ induatur super ipsum deforis fermentum, et assetur: ⁊ sumantur de carne eius.ʒ.iiij.piperis, et çinçiberis amborum ana.ʒ.ij.scamonee pondus.ʒ.i.teratur et conficiatur cum melle: Cuius dosis sit pondus.ʒ.i.cum dino.

Electuarium diacytoniten

factum cum succo cydoniorum quod cōfert ad destructionem appetitus, et ad eum qui non digerit cibum suum, faciēs ad illum cuius epar est debile, et stringit stomachum. Sumātur cydonia magna mundata intus et foris, et terantur, et exprimātur, ⁊ sumantur de aqua eoruꝫ kist.ij.romani, et misceatur cum ea mellis dispumati quantū ipsa est, et aceti de vino kist.i.s. ⁊ decoquatur super ignem leueꝫ, et auferatur spuma eius, et sumantur çinçiberis.℥.iij.piperis albi.℥.ij.terantur, et proijciantur desup̱, et coaguletur sicut conueniens est electuario. Hoc nāq̧ confert ei cuius epar est debile, et opꝫ vt sumatur ſm plurimum ante cibū duabus horis, aut tribus. Et non nocet si accipiatur post cibum. Quod si tu feceris hanc medicinam ei, in cuius stomacho est caliditas, aut in cui⁹ stō est cholera, aut quocūq̧ modo sit, opꝫ vt proijcias ab ea piper, ⁊ çinçiber, ⁊ administres aquam cydoniorū et mel et acetum tm̄

ſm quantitatem menſure quam diximus. Et ſi fece
ris eaꝫ illis quoꝝ cõplexiones ſunt medie, ita vt nõ
aggreget in eis ſupfluitas cholere, neqꝫ ſupfluitas
phlegmatis, pijce in eã medietatẽ quãtitatis quaꝫ
diximus de çinçibere, ⁊ pipere. ſ. vt pijcias in ea pi
peris. ℥.i. ⁊ çinçiberis. ℥.i.ſ. Et ſi feceris eaꝫ illis in
quorũ ſtomachis aggregat phlegma, pone duplũ
quãtitatis quã diximus, pones enim in ea çinçibe-
ris. ℥.vi. ⁊ piperis. ℥.iiij. cuius doſis ſit. ℥.i.ſ.

Electuarium diacytoniten

quod facit appetere cibũ, ⁊ confortat ſtomachum.
Sumãtur ſucci cydonioruꝫ lib.iij. mellis lib.iij.
aceti fortis lib.ij. Decoquãtur ſuper prunas, ⁊ aufe
ratur ſpuma eius, ⁊ ſumantur çinçiberis. ʒ.v. pipe-
ris albi, ⁊ nigri, ⁊ macropiperis añ. ʒ.iij. cinamomi
ʒ.ij. xiloaloes crudi. ʒ iij. Terantur ⁊ cõmiſceãtur
cũ melle, ⁊ aqua cydonioꝝ, ⁊ aceto: ⁊ coquatur do-
nec coaguletur. Cuius doſis ſit cochliariuꝫ vnũ añ
cibum, ⁊ expectet ſuper ipſum duabus horis.

Electuarium induꝫ faciens

ad colicam, ⁊ dolorem iuncturarum, ⁊ podagrã, et
doloreꝫ dorſi. Cuius hec eſt permixtio. ℞. ſcamo
nee auř. x. [a] ⌈girboe, ⌋ ⁊ cardamomi, ⁊ çinçiberis,
⁊ cinamomi, ⁊ cinami, ⁊ neremiſch, ⁊ gariofilorũ,
⁊ piperis omnium ana auř. v. et turbit auř. c. çucca
ri. auř. c. Tere, has medicinas ſimul, et cribella, et
confice cum melle.

a A. nucis mu-
ſchate

Electuarium regũ ⁊ eſt me-

dicina anni que ſumit anno integro omni die. Eius
igitur acceptio rectificat ſuſcipienteꝫ ſe vſqꝫ ad finẽ
vite ſue precepto dei, ⁊ qui aſſiduat ipſam, nõ videt
egritudinem in corpore ſuo que non ſanetur, ⁊ neqꝫ
caneſcit, niſi quantum factus eſt canus ante eius ac
ceptionem. Et eſt medicina regum qui ſm ꝙ narra
tur cum ea medicati fuerunt valens ad [b] ⌈fiſtulas⌋
nigras, ⁊ albas, ⁊ rubeas, ⁊ ad curſum cholericũ,
⁊ frigora, ⁊ pulſationẽ cordis, ⁊ iuncturaruꝫ, ⁊ ab-
ſtergit viſum, ⁊ colorẽ, ⁊ multiplicat coitum, ⁊ non
eſt ei malitia, ⁊ non abſtinet ſuper eam vtẽs ea. Cu-
ius permixtio eſt hec. Sumãtur mirobalanoruꝫ
nigrorũ, ⁊ belliricoꝝ, ⁊ emblicoꝝ oium añ. auř. vi.
nigelle auř. ʒ. xxxiiij. leucopiperis, ⁊ ammoniaci, et
macropiperis, ⁊ çinçiberis, ⁊ [c] ⌈fulfulminue⌋ oiuꝫ
añ. auř. ij. cubebe, ⁊ anacardi amboruꝫ añ. auř. vi.
Tere vnumqõqꝫ per ſe, ⁊ cribella ita vt nihil rema
neat, ⁊ pueniat ſm ſuam diuiſionem, ⁊ quod narra
uimus de ponderibus, permiſce ergo ea deinde ac-
cipe auř. dc. penidiorum [d] ⌈ſabakir, ⌋ ⁊ pone in pa
tella, aut vaſe mundo ereo, et accende ſub eo igneꝫ
leuem, ⁊ aſperge ſuper ipſas aliquid aque, ita vt li-
queſiãt penidij. Qũ ergo liquefacti ſunt ⁊ bulliũt,
tũc proijce ſuper eos hec cõmixta, ⁊ moue ea tãdiu,
donec optime cõmiſceãtur, ⁊ aufer ea ab igne, ⁊ di-
mitte ea donec tepeſcant, deinde fac de eis formas
auellanis ſimiles, quarum vnaqueqꝫ ſit auř. ij. ⁊ q̃r
ta: ⁊ inunge manuꝫ tuam oleo, aut butyro vaccino.
Deinde bibe de eo omni die formã vnã ſilẽm auella
ne cũ aqua frigida. Et ipſum eſt dñs medicinarum.

b A. albaras

c A. fulfulmum

d A. ſachari

Electuarium maſuachoien

faciens ad podagram, ⁊ dolorẽ dorſi, ⁊ omnes egri
tudines frigidas. Cuius hec eſt permixtio. ℞. ſca
monee, et cinamomi, et caſſie, et çinçiberis omniuꝫ
ana ʒ viij. piperis. ʒ. vi. cardamomi, et gariofilo-
rum, et ſeminis apij, et ameos omnium ana. ʒ. ij. ſ.
maſuachoien. ʒ. iij. Tere et confice cuꝫ melle: cuius
doſis ſit. ʒ. iiij. aut. ʒ. ij. cum aqua tepida.

Electuarium de ſiſamo.

℞. ſiſa
mi ex-
corticati, ⁊ cymini carmeni, ⁊ çinçiberis oium ana
ʒ. x. macropiperis, ⁊ piperis amborum ana põdus
ʒ. v. cinamomi pondus. ʒ. ij. cardamomi, ⁊ heil am
boꝝ añ. ʒ. iij. ⁊ çuccari tabarçet. ʒ. lx. Aggrega has
medicinas tritas ⁊ repone in vaſe, et vtere.

Electuarium de granis viri

dibus, quod facit ad hemorroidas, ⁊ frigus ſtõi, ⁊
malitiam digõnis, ⁊ ſolutionem ventris. Cuius per
mixtio. ℞. granoꝝ viridium, ⁊ mellis anacardi, ⁊
ſiſami excorticati omniũ añ. ſextaria. vi. zuccari ta-
barzet ſextaria. xxiiij. myrobalanorũ kebulorum, ⁊
belliricorũ, ⁊ emblicoꝝ ablatis nucleis, ⁊ zinzibe-
ris, ⁊ macropipis, ⁊ burũgi, ⁊ folij idi, ⁊ [e] ⌈caſſie⌋
oium añ. pondus. ʒ. iiij. pipis, ⁊ ſanſuci, ⁊ caſſie ana
põdus. ʒ. ij. ꝯfice has medicinas cũ melle diſpuma
to, ⁊ butyro vaccio, ⁊ vtere poſt ſex mẽſes. doſis eiꝰ
põdus. ʒ. ij. cũ lacte vaccino cõcuſſo. In cibo aũt ſit
rizi decoctũ cũ lacte, dũ pſeuerat accipiens ipſum.

e A. ſythragi

Electuarium de aniuden

faci-
ens
ad inflationem vẽtris, ⁊ ſtõi, ⁊ rugituꝫ, ⁊ ventoſita-
tem groſſam. Cuius hec eſt pmixtio. Sumãtur pi
peris, ⁊ ſe. apij amborũ añ. ʒ. xij. aniuden nigri pon
dus. ʒ. xiiij. petroſelini, et chelidonie, et calamenti,
⁊ haſce, et ſiſeleos omniuꝫ ana. ʒ. viij keiſim ʒ. xiij.
Aggrega has medicinas tritas, et cicotrigoniza-
tas, et cõfice cum melle diſpumato, et repone in va-
ſe, et vtere qum neceſſe fuerit.

Deſcriptio alia de aniuden

faciens ad [f] ⌈magnitudineꝫ⌋ epatis, ⁊ frigus eius
⁊ aquam citrinam, ⁊ frigus ſtomachi, ⁊ renũ. ℞.
aniuden nigri põdus. ʒ. x. ſeminis eruce, ⁊ ſe. porri
oium añ. pondus. ʒ. vi. çinçiberis, ⁊ belliricorum, ⁊
emblicorum ablatis nucles omniuꝫ añ. pondus. ʒ.
vij. ameos, ⁊ ſeminis apij, ⁊ aniſi, ⁊ cardamomi mi
noris, ⁊ cymini carmeni, ⁊ cinamomi omnium ana
pondus. ʒ. v. myrobalanorum nigrorũ ſublatis nu-
cleis pondus. ʒ. vij. cinamomi pondus. ʒ. i. piperis,
⁊ macropiperis amborum ana pondus. ʒ. iiij. ſpice
odorifere pondus. ʒ ij. penidiorum alborum pon-
dus. ʒ. xx. Aggrega has medicinas tritas, ⁊ confi-
ce cum melle diſpumato, et repone in vaſe, ⁊ vtere
qum neceſſe fuerit. Doſis eius pondus. ʒ. ij. cuꝫ aq̃
aniſi, ⁊ maſticis, ⁊ ſpice.

f A. duritiem

Electuarium de canfora

valens
ad de-
bilitatẽ ſtomachi, ⁊ epatis, ⁊ fugat vẽtoſitates groſ
ſas, ⁊ adiuuat ad digeſtionem. Cuius hec eſt pmix-
tio. ℞. canfore, ⁊ croci, ⁊ xiloaloes, ⁊ cardamo-
mi, ⁊ [g] ⌈girboe, ⌋ ⁊ cubebe, ⁊ keſim, ⁊ cinami, ⁊ ga
riofilorum, ⁊ vſnee, ⁊ ſpice, ⁊ macis, ⁊ ſandali albi,
⁊ macropiperis, ⁊ cinamomi, ⁊ [h] ⌈caſſie, ⌋ ⁊ nere-
miſch, ⁊ ſecacul, ⁊ galange, ⁊ nucis muſchate, ⁊ çin-
çiberis, ⁊ ciperi, ⁊ [i] ⌈fulfulminua⌋ oium ptes eq̃les
çuccari quãtũ eſt pondus medicinarum omniũ.

g A. charrbue

h A. ſythragi

i A. fulfulmum

Electuariuꝫ de cãfora deſcri

ptione alia faciens ad malitiã digõnis, ⁊ debilitatẽ
ſtomachi, ⁊ phlegma groſſum. Cuius hec eſt pmix
tio. ℞. piperis, ⁊ nucis muſchate, ⁊ çinçiberis, ⁊
gariofiloꝝ, ⁊ macis, ⁊ cinamomi, ⁊ cinami, ⁊ pire-
tri, ⁊ [k] ⌈fulfulminue⌋ ⁊ gariofiloruꝫ hortulanoꝝ, ⁊

k A. fulfulmum

canfore, ⁊ croci omniũ aũ. pondus. ʒ. ij. Tere has medicinas tritas ⁊ cribellatas, ⁊ cõfice cũ melle di/spumato, ⁊ repone in vase, ⁊ vtere qũ necesse fuerit.

Electuarium de canfora fortius primo.

Cuius hec est pmixtio. ℞. çinçiberis, ⁊ pipis, ⁊ macropipis, ⁊ cinamomi, ⁊ cinami, ⁊ folij indi, ⁊ spice odorifere, ⁊ [a] ⌈cassie inde⌋ ⁊ nucis muschate, ⁊ sandali citrini, ⁊ carpobalsami, ⁊ cardamomi, ⁊ macis, ⁊ gariofilo. ⁊ piretri, ⁊ talisafar, ⁊ cipi, ⁊ spodij, ⁊ xiloaloes indi puri oium aũ. pondus. ℥. s. canfore, ⁊ muschi ambo⁊ ana. ʒ. ij. çuccari tadarçet. ℥. x. s. Cõficiãtur cũ melle dispumato, ⁊ reponatur in vase, ⁊ administretur quz necesse fuerit.

a A. sythragi idi

Electuarium de xiloaloe qd

